592613 R. V. 736 B
8
(1

VINCENTII ARIANI
AUGUSTINI F.
JURISCONSULTI
COMMENTARIUS
DE
CLARIS JURECONSULTIS NEAPOLITANIS,

Ac de iis praeſertim, qui ſuperiore ſaeculo, & hac noſtra aetate floruerunt.

AD AMPLISSIMUM
TURICTI DUCEM
JOSEPHUM
CARAVITAM.

NEAPOLI MDCCLXIX.
Typis Cathelli Longobardi.

PUBLICA AUCTORITATE.

Ea vero opus eſt oratione; quae defunctos quidem ſatis laudet, ſuperſtites autem benigne moneat, filios eorum, fratreſque ad virtutis eorum imitationem hortetur. Plato in Menexeno, ſive Oration. fun.

ERUDITO LECTORI.

S*Uperiore anno, Erudite Lector, meae prodierunt in lucem* Epiſtolae Latinae ad Ampliſſimos Viros tum litteris, tum dignitate, civilique gloria praeſtantes: Magno Hetruriae DUCI inſcriptae. *Cumque in illa ad* STEPHANUM PATRITIUM *Regium Conſiliarium data, excurſu quodam noſtrorum JCtorum, qui anteacto ſaeculo litteris, rebuſque geſtis inclaruerunt, memoriam jam vetuſtate deletam revocaverim; amici, doctique Viri me monuerunt, ut quae per tranſendam attigiſſem, ea*

ex inſtituto latiore Commentario proſequerer. Hinc occaſio, ut prima illa ſtamina pro modulo virium mearum in longam, elaboratamque Hiſtoriam ſint producta: quae nunc prodit, Ampliſſimo Turicti Duci Joſepho Caravitae *inſcripta. Si Tibi, Lector humaniſſime, uſui, vel voluptati ſaltem erit, juvenilis ſane laboris non pigebit; ſin minus probabitur, benevolentia certe ſtudiumque meum erga Patriam, ſummoſque Viros, vel Te Judice, laude non carebit ſua. Vale*

Se-

MARII DE MAGISTRIS
ELOQUENTIAE PROFESSORIS
AD VINCENTIUM ARIANUM.

Pingier a ſolo ſe Magnus juſſit Apelle,
Hunc adeo miras credit habere manus (1).
Non alium mallent, vivo quoſcumque colore
VINCENTI, *hac felix exprimis in Tabula.*
Quem penes, enarras, veterum prudentia leguni,
Cui lingua, in latia, quae fuit ante, Toga.
Qui mage natura, miſera quam polleat arte,
De fonte aut potius ducat utroque decus.
Qui melius vafri tractet Demoſthenis arma,
Alter ut ingenti Tullius ore tonet.
Barbarie abſterſa legum tentare receſſus
Auſus & inſolitum qui ſibi ſtravit iter.
Macte, alios longum dum Tu diffundis in aevum.
Duratura Tibi nunc monumenta paras.
Ingenii dotes, & quae ſunt ſparſa per omnes
In TE *conjunctim lumina cuncta nitent.*
Crede mihi, pariter per odoros evolat hortos,
Quaeque magis ſapiunt ſedula carpit apis.

AD

(1) Id Plinius refert de Alexandro.

AD VINCENTIUM ARIANUM

DOMINICI TOPJ

J. C. Neapolitani

HENDECASYLLABON.

VINCENTI, *aureolum tuum libellum*
Legi plus vice ſimplici, nec illum
Deſinam legere Attici leporis
Plenum, & Socraticae inſtitutionis,
Quo nil doctius, elegantiuſque,
Nil exactius, eruditiuſque.
O factum bene! ſat, ſuperque ſummis
Effers laudibus optimos Patronos,
Viroſque eximios Sacri Senatus,
Quot ſunt, quotque fuere in Urbe noſtra.
Quin ad Patritium *nimis diſertum*
Placet ſcribere, Porcinariumque,
Quo nullum eloquio potentiorem
Curia audiit, audiet nec unquam:
Tarjanumque, TANUSIUMQUE *noſtri*
Regni praeſidium, decuſque laudas.
At quiſnam poterit remunerari
Illam incredibilem benignitatem,
Qua me proſequeris nihil merentem?
Debitas Tibi gratias referre
Non poſſum, aut agere, aut habere poſthac,
Non, ſi quicquid ubique gratiarum eſt
Habere, atque agere, & referre poſſem.
Quare vos agite, o bonae Camoenae,
Meo nomine gratias amico
Tanto munere, eum & nimis rogate,
Noſtrum ne pigeat deinde ſeclum
Ornare aureolis ſuis libellis. FER-

FERDINANDUS SEVERINUS

Patricius Neapolitanus

VINCENTIO ARIANO

Amico optimo

S. P. D.

VOluptate perfuſus non mediocri tuas perlegi nuper typis editas epiſtolas latinas. In iis reperi quidquid pretioſioris gazae antiquum Latium, & aurea ſaecula magis repoſtum ſepoſitumque habuere. Omnia ad Cleanthis lucernam ſunt elaborata; omnia vigilatas redolent noctes, demorſoſque undique ſapiunt ungues. Quanti, hercle, putas Juriſperitorum, quotquot vigent, Neapolitanorum *omne aevum tribus explicare chartis doctis, Jupiter! & laborioſis!* Quare tibi perſuadeas velim, me tui obſervantiſſimum ſemper fore. Tu interim cura ut valeas, meque tibi amiciſſimum exiſtimes.

VIN-

AD VINCENTIUM ARIANUM

DOMINICI TOPJ

J. C. Neapolitani

HENDECASYLLABON.

VINCENTI, aureolum tuum libellum
Legi plus vice ſimplici, nec illum
Deſinam legere Attici leporis
Plenum, & Socraticae inſtitutionis,
Quo nil doctius, elegantiuſque,
Nil exactius, eruditiuſque.
O factum bene! ſat, ſuperque ſummis
Effers laudibus optimos Patronos,
Viroſque eximios Sacri Senatus,
Quot ſunt, quotque fuere in Urbe noſtra.
Quin ad Patritium *nimis diſertum*
Placet ſcribere, Porcinariumque,
Quo nullum eloquio potentiorem
Curia audiit, audiet nec unquam:
Tarjanumque, TANUSIUMQUE *noſtri*
Regni praeſidium, decuſque laudas.
At quiſnam poterit remunerari
Illam incredibilem benignitatem,
Qua me proſequeris nihil merentem?
Debitas Tibi gratias referre
Non poſſum, aut agere, aut habere poſthac,
Non, ſi quicquid ubique gratiarum eſt
Habere, atque agere, & referre poſſem.
Quare vos agite, o bonae Camoenae,
Meo nomine gratias amico
Tanto munere, cum & nimis rogate,
Noſtrum ne pigeat deinde ſeclum
Ornare aureolis ſuis libellis. FER-

FERDINANDUS SEVERINUS

Patricius Neapolitanus

VINCENTIO ARIANO

Amico optimo

S. P. D.

Voluptate perfuſus non mediocri tuas perlegi nuper typis editas epiſtolas latinas. In iis reperi quidquid pretioſioris gazae antiquum Latium, & aurea ſaecula magis repoſtum ſepoſitumque habuere. Omnia ad Cleanthis lucernam ſunt elaborata; omnia vigilatas redolent noctes, demorſoſque undique ſapiunt ungues. Quanti, hercle, putas Juriſperitorum, quotquot vigent, Neapolitanorum *omne aevum tribus explicare chartis doctis, Jupiter! & laborioſis!* Quare tibi perſuadeas velim, me tui obſervantiſſimum ſemper fore. Tu interim cura ut valeas, meque tibi amiciſſimum exiſtimes.

VIN-

VINCENTIO ARIANO V. CL.

FRANCISCUS DOMINICUS POTENZA (*)

Εὖ πράττειν.

TUae literae Παvυ φιλοσοργως, & ευπινῶς ſcriptae me incredibiliter delectarunt. Ubique Atticam elegantiam ſpirabant, atque magnam eruditionem ac doctrinam cum priſca, vereque Romana ſermonis dignitate, atque elegantia conjunctam vehementer ſum in illis admiratus; humanitatis, amoris, officiique pleniſſimae ſunt. Inſidere tuo ori Atticas Apes jurarem, adeò mellita omnia dicta ſunt, utinam & ego puſillam rem, vel tantillam Epiſtolam ſimili verborum proprietate conſcribere valerem. Tu verò ARIANE jucundiſſime Latini Scriptoris numeros omnes ac partes imples. Perge porrò, ingenioſiſſime Vir, & Neapolim noſtram, literarum laude omni aevo florentiſſimam, novis operibus illuſtrare ne intermittas, me Tui amantiſſimum fac diligas, teque ad rei literariae incrementum fac ſerves incolumem. Neapoli X. Kal. Sext. 1768.

AD

(*) Hic Vir doctus obiit anno praeterito exeunte, non ſine luctu Amicorum.

AD JOSEPHUM CARAVITAM

TURICTI DUCEM, FISCI PATRONUM

IN SANCTIORE QUINQUEVIRUM SENATU NUPERRIME DESIGNATUM,

COMMENTARIUS.

Multi equidem, JOSEPH CARAVITA, Vir ampliſſime, de Patriis rebus aliquid ſcribere ſunt conati, ne virtutis publicae, vel privatae monumenta temporum injuria, & oblivione interirent: turpe enim fuiſſet aliena, & exotica diligenter curare, quae minime ad nos pertinent, domeſtica vero, & patria per ſocordiam negligere. Noſtrae vero aetatis querela juſtiſſima cenſenda eſt, quae redarguere non deſinet illorum oſcitantiam, qui cum litteras coluiſſent, nulla demum ſtudia reſervarunt

Digitized by Google

Patriae, nec aliquid chartis de illa conſignare ſategerunt. Hoc ſi vitio tribuendum pluſimis gentibus Europae, Italis praeſertim quaſi in more poſitum fuiſſe docti homines indignantur; hinc profectum eſt miferandum quoddam cacoethes ea ſcribendi, quae minus noſtrae vivendi rationi, ac felicitati reſponderent: quid namque magis utile, ac nominis immortalitati, & gloriae opportunius, quam noſtra, aut nobis vicina tempora eruditis commentariis illuſtrare? Id clarius monet poſteritatem, nos vitam ſilentio non tranſegiſſe, neque in civilia commoda, vel in domeſticos Lares per ignaviam peccaſſe. Hiſce vero argumentis accedit, univerſam, qua latiſſime patet, ſapientiam, ab Hiſtoria vitae magiſtra, ac nuncia vetuſtatis non parva retuliſſe incrementa. Re quidem vera ita natura comparati ſunt homines, ut virtute nuda ſegnius irritentur, exemplis vero Antiquorum facillime trahantur, illaque ad imitandum ſibi proponant. Haec, & alia cum ego animo revolverem, cumque in tanta litterarum luce, in qua verſamur, nihil prope ſummi Viri intentatum reliquerint; eam unice materiam ſeligere ſtatui, quae magis nova, vel penitus intacta vide-

re-

retur. Ac primum Neapolitanas rerum vices percurrens, cognovi, majores noſtros, qui praeterito ſaeculo optimis diſciplinis claruerunt, vix pauca, aut nulla memoriae demandaſſe de virorum ſua aetate illuſtrium factis, deque ab iis inita ſtudiorum ratione. Inter omnes vero bonarum artium cultores fato acerbiore deprehendi, involuta jacuiſſe eorum opera, qui publici, privatique juris ſcientiam ſunt profeſſi, vel ad forenſia certamina ſeſe contulerunt. De hujusmodi viris diuturnum ſilentium obortum eſt, perinde ac philoſophiae genus, affectatum, longeque ab humanis uſibus alienum affectarentur. Animadverti inſuper nonnullis diſciplinis, quae circa naturam verſantur, atque rationem perficiunt, Matheſi nempe, Methaphyſicae, Nauticae, Phyſicae, Aſtronomiae ſuos non defuiſſe amatores; deque ſingulis vigere, vel ſcriptis, vel marmoribus tradita monumenta. Contra vehementer indolui, rariora, quam oportet, extare de Juriſconſultis, qui ſaeculo tranſacto veram, atque germanam rite leges interpretandi facultatem coeca temporum colluvie ſepultam quaſi ab inferis revocarunt. Eoque proceſſit inveterata hominum incuria, ut multa clariſſima nomina inter tumulorum la-

 tebras

tebras deliteſcerent , niſi optimus ingeniorum aeſtimator *Nicolaus Toppius* (1) in apparatiſſima ſcriptorum Bibliotheca incredibili ſtudio collocaſſet. Huic profecto , ſuoque adnotatori *Leonardo Nicodemio* (2), ſancti Jureconſultorum manes debent vitam , qua fruuntur, apud homines immortalem .

Dum itaque tanta mihi obverſarentur animo argumenta , properanti mihi ſtimulos addidit *Franciſci Baconis de Verulamio* nobile ſane deſiderium , ut nempe hiſtoriae litterariae, tum Auctorum haereſes , Scholae, Academiae , Societates perveſtigentur ; quae omnia ad virum bene inſtituendum conducunt (3) . Quapropter honeſta me coepit cupiditas ſelectiora quaeque in unum redigendi ad Juriſconſultos pertinentia, ut mihi primum , deinde cupidae legum juventutis pro

(1) Top. *in op. vulgatiſſimo, quod inſcribitur: Biblioteca degli Scrittori Napoletani* : *Neap.* 1668. *fol.*

(2) Nicod. *giunte a* Toppi : *quod opus non* Leonardi *eſſe* , *ſed* Franciſci Nicodemii *fratris* , *autumat noſter* Aegyptius *in* Sertorii Quadrimani *vita* . *Neap.* 1714. *IV.*

(3) Bac. *de augumentis ſcientiarum lib.* II. *cap.* 4.

Digitized by Google

pro virili conſulerem utilitati . At id contendere mihi eſt animus , ne in tanta laborantium turba unus ego otiari videar, & ut me non mihi ſoli vixiſſe poſteri ſciant.

En igitur commentariolum de claris Jureconſultis , qui & proxime praeterita , & hac noſtra aetate Neapoli floruerunt : eundem tibi , JOSEPH CARAVITA vir praeſtantiſſime nuncupare juvabit, quippe qui non modo in litteris principem locum tenes, verum etiam de patriis antiquitatibus magnopere delectaris. Hiſtoriam invenies uberem, in eaque ſaepiſſime grandia nomina *Caravitae* Gentis occurrent , nec ſine tua voluptate mihi fortaſſe gratulaberis . Provinciam certe gravem, atque onus longe juvenilibus humeris impar ſuſcipio , meae tenuitatis periculum facturus ; ſed ingenue fatebor , opus integre novum non eſse ; duo namque Cives noſtri amore patriae ducti , ſuperioribus annis eandem ſpartam adornare ſunt aggreſſi .

Unus rem ab altioribus quam decebat initiis repetere ſtuduit , omneſque temporum viciſſitudines enarrare : At multa ei defuerunt ad bene de ſuo commentario ſperandum adjumenta : Saepe enim latini ſermonis puritatem non aſſequitur, quandoque ineptias ef-

fu-

futire ſolet Romanis auribus indignas, nec raro prolabi in arguta nimis, atque anilia deliramenta.

Alter vero multa conſarcinavit, quae e Codicibus privatis *Franciſci de Andreis*, & *Baſilii Jannelli* decerpſerat, nullo ordine ſervato. Sed cum etruſcae linguae venuſtas, ac lucidus ordo eum deſeruiſſent, minorem fortaſſe gloriam ſibi paravit, quam ſuus in patriam labor, & benevolentia meruiſſent. Ut vero ſua cuique reddatur laus, non diffitebor, me inter utrumque medium iter tenuiſſe, & ab unoquoque vel male digeſtis, vel omiſſis meam compegiſſe hiſtoriam, animadverſionibus breviter adjectis, unde ſaeculi nativus character, atque indoles facile deſumi poſſent.

Primus apud Italos aetate decimatertia colere coepit Juriſprudentiam *Cynus Piſtorienſis*, qui ſevera ſtudia emollivit Muſarum blanditiis, ac venuſtate. Etruſcae poeſeos veluti Parens alter habebatur à *Dante Alighejio*, *Johanne Boccacio*, atque *Franciſco Petrarcha* Italicae lyrae ornamento, qui ejus obitum triſti Epigrammate cohoneſtavit (1). *Bartolo* Audito-re

(1) Petrarca *part.* 1. *delle ſue rime, nel Sonetto* 71. *Pian-*

re clarus eminuit, unde Bartolina Schola Europam univerſam pervaſit, omnium ferme acutiſſima, prout illa tempora Critices arte, luminibuſque deſtituta ferebant.

Poſt longam intercapedinem *Cyno Piſtorienſi* *Ludovicus de Bononia*, ſive *Bononienſis* (1) ſucceſſit, qui Pandectas Florentinas ea qua potuit diligentia, mendis purgavit; elegantiorique forma edendas curavit. Ille vero qui poſt renatas litteras prior interiores artes, veramque philoſophiam, rejectis Barbarorum tricis, cum Juriſprudentia miro quodam foedere conſociavit, *ANDREAS ALCIATUS* Mediolanenſis fuit. Hic cernens legum ſtudia magnopere foedata, nec aliud praeter nomen, aureae beatiſſimaeque Romanorum eatatis praeferentia, ad illa reſtauranda omnes doctrinae ſuae nervos concitavit. Jamdiu inſederat animis Italorum fal-

lax

Piangete Donne, e con voi pianga Amore.
E nel Sonet. 246.
Senuccio mio, benche doglioſo, e ſolo.
Cyni *extant animadverſiones in Cod.*, *at que digeſta.*

(1) *De* Ludovico Bononienſi *conſule* Ant. Auguſtinum *emendationum lib.* 2. *pag.* 113. , *&* *pag.* 227.

lax opinio , mentem legum ſine *Accurſii* , *Irnerii* , *Bartoli* , *Baldi* , aliorumque auctoritate non poſſe teneri ; perinde ac veteres Juriſconſulti leges a naturae fontibus repetere, atque hominum temperamentis accomodare neſciverint . Soeculi nempe vitio multi ignorabant, priſcos legum conditores Stoicae philoſophiae praecepta,quae ope Socratis apud Graecos, Senecae vero apud Latinos invaluerant , in publica imperia, ſeu leges convertiſſe (1) .

Huic vitio , quod non obſcura etiam ingenia occupaverat , primo Vir magnus occurrere eſt conatus ; indeque Dialecticis nugis poſthabitis, orta eſt nobilis illa de ſenſu juris cogitandi libertas, quae demum univerſae eruditionis adminicula ſibi conciliavit . Prima ſuae doctrinae lumina affulſerunt Gymnaſio Mediolanenſi , ea docendi novitate, ac magnitudine , ut *Bartholomaeum Socinum* ſuperaverit , qui Bononiae juriſprudentiam publice profitebatur . *Stephanus* tamen *Paquierius*

(1) *Id latiſſime demonſtravit* Dionyſ.Gothofredus: Thomaſius *in ſua Manuduction. ad Philoſoph. ſtoicam : aliique*.

rius (1) affirmavit, Italos vulgi opinione abreptos, *Alciatum* minoris aeſtimaſſe, quam *Socinum*, illi néque ingenio, neque doctrina comparandum. Sed hanc notam *Alciato* injuſte appoſitam delevit *Carolus* V. Imperator, qui cum litteratos Viros incredibili ſtudio proſequeretur, nec unquam vacuos abire paſſus fuerit, eundem numero Mediolanenſium Senatorum adſcivit. Negandum propterea non eſt ad Italici decoris firmitatem, Tranſalpinos ab *Alciato* noſtro multa ſemina accepiſſe purioris doctrinae; quibus fama perſonuerunt *Hugo Donellus*, quatuor *Franciſci*, *Duarenus*, *Connanus*, *Balduinus*, & *Otbomannus*: Quinimmo ipſemet *Antonius Goveanus*, aliorum parcus laudator, ſeſe alumnum profitetur *Aemilii Ferreti* Avenionenſis, quique ab Italis didicerat jurisprudentiam,

(1) Paquier *in ſcrutin lib. nono*: Hieron. Cardan. *in Alciati vita*: Voſſius *lib.* I. *de Hiſt. Lat.*: Pancirolus *lib.* II. *de Clar. leg. interpret.* Gyraldus *de Poet. noſtri temp.*: Jo:Coraſ. *lib. Miſcell. Jur.*: Eraſmus *in Adag.*: *ac denique* Jul. Cæſ. Scaliger *in Epitaphio illius tumulo inſcribendo apud* Pope-Blount *Cenſ. celeb. Aut. pag.* 589.

nam, ſi *Dominico Graeco* fides habenda [1]; Adeo verum eſt, noſtram hanc Europae cultioris partem, fuiſſe ſtudiorum altricem, optimarumque artium omni aetate magiſtram: Nec ſine piaculo omittam, *Jacobum Cujacium* Tholoſanum, qui ductu *Goveani* praeceptoris, ſignum ſuſtulit Orbi litterario, Diſciplinæ Juris cum graecis, latiniſque litteris conjunctae, pleraque a noſtris in ſuam ſegetem tranſtuliſſe.

Alciato ſucceſſerunt *Laelius Taurellus*, (2) atque *Angelus Politianus*: *Taurellus* acerrimi vir judicii fuit, nulloque parcens labori in Pandectis enucleandis totum ſeſe impendit, priuſquam *Antonius Auguſtinus* domo Hiſpanus in eandem arenam deſcendiſſet. *Politianus* in Hetruriae oppido natus, quod *Politianum*

(1) *Vide* Goveani *vitam a Cl.* Dominico Graeco *J. C. lat. ſcriptam*: Lud. Moreri *in dictiona.* Jo: Doviat. *in praenot Canon:* Gravinam *lib. de orig. Jur*: Joſephum Citum *in opere*, *quod inſcribitur*: *Notizie letterarie*, *ed Iſtoriche intorno ad alcuni Uomini Illuſtri del Reame della Francia*. *Napoli* 1738. *pag.* 158.

(2) *De* Taurello teſtatur Ant. Auguſtinus *emendationum lib.* 1. *pag.* 8., *&* *pag.* 227.

num vocabant, Canonicus Florentinus fuit; cumque ſtudia coluiſſet inſimul cum *Johanne Pico Mirandulano*; *Laurentius Mediceus* filiorum inſtitutioni eum lubentiſſime praepoſuit. Vir magnus extitit ſumptu, & promotione *Coſmae* Florentinorum Principis, qui ſaeculo decimoquinto inclinante, *Angelum Politianum*, atque *Marſilium Ficinum* rite inſtituendos curavit, ſciens utrumque non mediocrem rei litterariae utilitatem fuiſſe allaturum (1). *Politianus* latinae linguae ſtudio captus, atque ab amoenioribus Muſis delinitus, quae tunc ſub Medicea Stirpe fovebantur, exempla *Cyni Piſtorienſis* voluit imitari; indeque Philologi potius, quam Juriſconſulti nomen clarius reliquit ſoeculo XV., prout illius aevi loquitur hiſtoria.

Hic ſubiiciendum eſt, *M. Antonium Muretum*, quamvis in Gallia Aquitanica natum, ab Italis tamen *Bembo*, *Contareno*, *Laureda*-

 no,

(1) *De* Politiano *vide* Ant. Aug. *ſaepiſſime in lib. V. emendation*: Eraſmum *in Cic.*: Robertell. *de Art. Crit*: Lud. Vives *de Trad. Diſcipl.* Huet. *de Clar. interpret.*: *ac denique* Petrum Crinitum *ejus Alumnum in Epitaphio* Politiani *tumulo inſcribendo*, *quod refert* Pop. Blount *cenſ. celeb. Author. pag.* 510.

no , atque *Manutiis* plura didiciſſe ; unde non modo eloquentiam corruptam feliciſſime purgavit , ac Tulliano robori, & gravitati reſtituit, verum leges noſſe , & profiteri non eſt dedignatus (1).

Maxima tamen laus, atque ingenj gloria affulſit *Scipioni*, & *Alberico Gentili*, Fratribus in Agro Piceno natis: ea namque eruditionis copia, tantaque reconditi Juris peritia utrumque informavit , ut lis pendeat adhuc indefinita, quiſnam duorum alteri palmam praeripuerit : Noſtro autem *Joſepho Aurelio de Januario* ſcribere adlubuit (2), *Scipioni* primas deferendas, acumine , penitiorique legum intelligentia ; *Albericum* vero mentis nitore , ſcribendique majeſtate eum facile vincere , prout amborum ſcripta memoriae prodita uberrime teſtantur.

Sed e diverticulo in viam redeamus, Praeſtantiſſime *JOSEPH CARAVITA*, propiuſque ad Regni Neapolitani Juriſperitos accedamus. Longum ſane eſset , minimeque inſtituto con-

(1) *De* Mureto *adeſis* Franciſcum Bencium , *atque* Andream Schottum *in ejus Vita Orationibus praemiſſa* .

(2) Joſ. de Januario *in Tractatu* : *Delle Vizioſe Maniere &c. Nap.* 1744. *pag.*36.*ad* 38

conveniens, plenam hiſtoriam de ſingulis attexere, qui legum ſtudiis floruerunt, priuſquam aetas tranſacta ageretur. Idem vero eſſet, ac noctuas Athenas adducere, ſi adnectere vellemus noſtro commentario *Andream de Aeſernia*, qui ſub *Carolo II.* Andegavenſi, rem Feudalem a ſuis revocatam primordiis ampliſſime illuſtravit: *Gofredum* Beneventanum, & *Petrum de Vineis* aevo *Friderici II.* Imperatoris, qui Neapolitanum Lyceum excitavit, fama clariſſimos (1): *Antonium de Bononia*, ſive *Panormitam* (2), & *Jovianum Pontanum* (3), Alphonſo *Aragonio* ad-

(1) *De hiſce Viris conſule* Franciſcum de Petris *Feſtiv. lect. tertio* 12., *&* Auctorem *Hiſtor. Civil. Regn. Neap. XVI.*

(2) Antonius Panormita, *qui a* Pontano *Amor.* 1. *appellatur*: Decus elegantiarum: atque idem Pater omnium leporum: *fuit Poëta laureatus, & Regiae Cam.* (*ſic vocant*) *Praeſes*, Toppi *de Orig. Tribunal.* 4. 10. *num.* 30. *&* 14.

(3) *De* Pontano *videſis eundem* Toppium *ibid.* 13. *num.* 20.: *monumenta Archivi Regiae Camerae*: *atque* Robertum de Sarno *in ejus vita, Neap. ex Typ. Simon. anno* 1761.

adprime carum ; cui Civitat haec accepta refert litterata ſtudia , primamque Virorum Illuſtrium Academiam, unde Diſciplinae omnes antiquo veterno excuſſo convaluerunt . Neminem latet, quantus decor acceſſerit litteris , & juriſprudentiae ope celebratiſſimi Viri , ſub *Charitei* nomine latentis (1), *Hieronymi Carbonis* (2), *Franciſci Aelii Marcheſii* (3), aliorumque hujus notae, qui inter Philologos , & Eruditos jamdiu inclaruerunt. Sub *Carolo V.* viguiſſe accepimus fama , *Scipionem*

(1) Charitei *extant Carmina* , *de quibus vide* Criſpum , *&* *lariſſ.* Vulpium *in vita Sannazar.* : *meminit quoque* Toppius *in Biblioth. Neap. pag.* 315. , *&* Nicod. *in Addit. Dum vero* Rex Ferdinandus II. *Neapolim anno* 1495. *adivit* , *medius inter Piſcariae Marchionem* , *&* Chariteum *equitavit*. Tutini *dell' orig. de' Seggi di Napoli pag.* 215.

(2) *De* Carbone *ſcripſit* Borrellus *in Vind. Neap. Nobilit. pag.* 53.

(3) *De* Marcheſio *teſtatur idem* Borrellus *in cit. libri praefat.*

nem Capycium (1), eumque diſertiſſima oratione excepiſſe Imperatorem Neapolitani Licei ſtadia inviſentem: Poſtquam vero inſcitiae caligo, communis fati acerbitate univerſae Europae incubuit, emicuiſſe ſcimus *Petrum La-Sena*, *Franciſcum de Petris*, & *Laurentium Craſſum*, non obſcura illius aetatis ingenia (2). Sequiori aevo extitiſſe legimus multos, qui ad forenſem operam unice ſeſe contulerunt. Muſis inimici, atque a Philoſophiae ſtudiis abhorrentes, omnia rejicere ſolebant, quae Foro minus conſentanea videbantur; Apud hos quidem Juriſprudentia non erat divinarum, humanarumque rerum notitia, ſed popularis quae-

(1) Scipio Capycius, *Juris Anteceſſor in Gymn. Neap., in Foro Senator, ut loquitur hiſt. Regn. Neap.* 32. 8.

(2) *Floruerunt hi ſcilicet in* Ocioſorum *Academia, quae ſub* Jo: Baptiſta Manſo, & Marino *Neapoli viguit. Vide latinum Poëma* Jo: Petri de Alexandro; *cujus meminit noſter Doctiſſimus* Jo: Bernardinus Tafurius: Iſtoria degli Scrittori nati nel Regno di Napoli &c. Tom. II.

Digitized by Google

quaedam diſciplina, ab auctoritate pendens, omnibusque principiis deſtituta. Inter multos vero non diſſimulandum, paucos praeſtitiſſe mentis acumine, Jurisque communis, & patrii intelligentia: Id uberrime teſtantur ſcripta ſane multa memoriae prodita, quibus vel controverſi Juris argumenta in medium proferuntur, vel exempla rerum judicatarum non levi ſtudio collecta illuſtrantur. Horum laboribus plaudendũ eſt; *Cicero* namque, tradit illum vere Juriſconſultum appellari poſſe, *qui legum ac conſuetudinis ejus, qua privati in Civitate utuntur, & ad reſpondendum, & ad agendum, & ad cavendum peritus ſit* (1); magnopere idcirco vitanda nonnullorum perverſitas, qui nil aliud putant eſſe delicatis auribus dignum, niſi quod Romanum refert nomen, latinamque perſonat majeſtatem. Erudita manus nihil faſtidit, immo ſaepiſſime aurum de ſtercore colligit, ut *Virgilius* olim de libris *Ennii* fatebatur. Nobis vero non eſt animus nomina hic referre illorum, quibus Neapoli crevit forenſis Diſciplina; laudi-

(1) *Cic.* 1. *de Orat.*, & *alibi in Topic.*

dibus namque eorum ſcatent libri, qui Forenſium manibus atteruntur, ac Bibliothecae ipſorum commentariis gravatae, jamdiu mole laborant ſua.

Inſtar omnium, qui Neapolitanae Jurisprudentiae facem praetulerunt, unum ſatis ſit memoraſſe, *Alexandrum ab Alexandro*, cui penitiorem ſelectiſſimi juris notitiam referre debemus acceptam: dolet profecto, tantum Virum licet magna, ac nova agitantem animo, nihil aliud poſtremo, niſi DIERUM GENIALIUM opus evulgaſſe: dolendum magis eſt, immo ſtomachum eruditis movet, *Andream Tyraquellum* Italico nomini invidentem, de *Alexandri* libris male ſenſiſſe; quod plagia multa continerent, Auctoribus, unde ipſe profecerat, vel ſine laude praeteritis, vel diſſimulatis (1).

Aliorum elogia hic lubenter omittenda putamus, ne ulterius, quam par eſt, digrediamur; noſtra etenim ab initio mens fuit illos unice Juriſperitos attingere, qui anteacto faeculo magis doctrinae fama ſeſe extulerunt; deinde paullatim ad eos deſcendere, qui ab hujus aetatis primordiis uſque ad haec poſtrema tempora, legum ſtudia provexerunt: oportet

C itaque

[1] Voſſius *in lib. de lingua latina*: Ghilinus *in Theat. litter. part.* 1.

itaque anguſtiores cancellos noſtro commentario praefinire.

Exules erant a Foro, dum illa incaeperat aetas, bonae Muſae, atque ultra Regni fines miſerrimo ſqualore obſitae vagabantur; nec Viri alioquin praeſtantiſſimi, qui de media nocte in lucem venerant, illas antiquis reſtituere ſedibus potuerant, vel jure quaſi poſtliminii in Patriam revocare: Graeca, latinaque exemplaria, quae tamquam e naufragio ſuperſunt, a Barbarorum impetu ſervata, divina, humanaque omnia miſcentium, faeda rubigine exaeſa jacebant; nec litterarum cupida juventus, vel amicus lector a tineis, blattiſque meliora vetuſtatis cymelia vindicare conabatur.

Franciſci Accurſii, *Pauli de Caſtro*, *Alexandri ab Imola*, aliorumque minoris notae, quos veluti legum corruptores explodit *Duarenus*, tunc nomina perſonabant; in eorumque verba jurare conſultiſſimi quique Pithagoricum in morem ſolebant. Nullus menti, nullus rationi locus erat in legibus enucleandis: earum interpretatio arcanum veluti ſapientiae habebatur, omnibuſque ſollemne erat auctoritati acquieſcere. Ex fumo dare lucem, immo & fumum quandoque vendere ſatagebant homines terra caligine obvoluti.

Hanc

Hanc ſane deformem leges interpretandi rationem divellere ſunt aggreſſi *Antonius Caracciolus*, *Didacus*, & *Hannibal Moles* (1), *Johannes Camillus Cacacius* (2), uterque *Marcianus*, *Marcellus* nempe atque *Franciſcus*, *Blaſius Altimarius*, aliique; ſed inchoatum opus necquicquam votis reſpondit, ſaeculo adverſante, quo immanis, ac efferata ſervitus ingenia torquebat, litteraeque vix renatae in crepundiis vagiebant. Hoſce Viros pone ſequebantur in Gymnaſio Neapolitano *Franciſcus Verde*, & *Blaſius Cuſanus*, ambo magni nominis Jureconſulti: in Foro autem *Joh. Leonardus Rodoerius* (3), *Joſephus de Roſa* (4), *Fabius Crivellius*, *Bernardus de Chriſtophoro*,

C 2 Domi-

[1] *De* Hannibale Moles *conſule* Rotam *in latinis Carminibus P. II. pag.* 218. & *alibi*.

(2) Cacacius *Reg. Cancell. Regens extruxit Aedem Monialium, quae vulgo a noſtris appellatur:* S. Maria de' Miracoli; *ibi in Templi fronte vide marmor* Cacacio *appoſitum*.

[3] Rodoerii *J. C. Clariſſimi meminit* Baſilius Jannellus *negli avvertimenti M. S. a' ſuoi nipoti; ſed ejuſdem opera extant, de quibus infra differemus*.

[4] Joſephi de Roſa *Opera ſunt vulgatiſſima, nec noſtra egent commendatione*.

Dominicus de Rubeis , eorumque Schola ; ſed ne horum quidem conatibus priſtina lux affulſit Juriſprudentiae .

Altimarius Bartoli exempla ſecutus , multa in ſuis operibus congeſſit , quae partim inania , partim fruge carentia , lectorem ſua terrent mole , atque farcimine , itaut politior aetas oblivioni damnaverit . Ne vero illius umbrae ſilentes a judicio noſtro detrimentum capiant, non inficiari eſt animus , tanto Viro complures , neque imi ſubſellii coaevos Scriptores meritam laudem tribuiſſe (1) .

Altimarium viciſſe fertur optimo ſcribendi genere *Chriſtophorus* , ſi mendax fama non loquitur

Tam recti, pravique tenax, quam nuncia veri.

Hic eruditione praeſtans multa ingenii ſui monimenta in lucem committere ſatagebat , quae per otium concinnaverat . Memoriae proditum eſt, eundem perfeciſſe commentarium ad Cleanthis lucernam elucrubatum, vitas illuſtrium Virorum , qui cum *Joviano* *Pon-*

---

[1] *De* Altimario , *deque ſuis Praeceptoribus* Joſepho Pulcarellio, Blaſio Cuſano , *atque* Agnello de Philippis , *vide* Gimmam *in ejus elogio p.* 1. *pag.* 193. *ad* 203. , *ubi opera quoque adnotantur* .

Pontano Neapoli floruere, elegantiſſimo ſane ſtylo deſcriptas continentem. Sed hoc immortale opus, multoſque per annos caſtigatum, ex illius Muſaeo furtiva manu ereptum fuiſſe, teſtatur *Hyacinthus de Chriſtophoro* [1], qui eximii Parentis famam ab interitu vindicavit. Noſque ſuperioribus annis aliquot vidimus fragmenta operis deperditi ſchaedulis commiſſa, quae apud heredes, ni mens fallit, diligentiſſime adſervabantur. Id vero negant complures, mendacii redarguentes *Chriſtophorum* filium; ſed quibus argumentis innitantur, haud plane videmus, cum contra faciant relata teſtimonia, perenniſque fama, quae ad nos tandem longo diſſitos intervallo conſtantiſſime devenit. [2]

Chriſtophori ingenium emulabatur *Dominicus de Rubeis*, aeternum Samnii decus. Hic familia-

[1] Chriſtoph. *in libello de conſtructione Aequationum: Neapoli ex Typ.* Joſ. Roſelli 1700. *&* Nicolaus Amenta *in vol. quod inſcripſit*: Rapporti di Parnaſo *Napoli nel* 1710. *preſſo* Giacopo Raillard.

[2] *Vide quae ſcribit Cl.* Robertus de Sarno *Neapolitani Oratorii Praesbyter in Libello*: Johannis Jov. Pontani *vita*: *Neap. ex Typ. Simon.* 1761.

liariſſime utebatur *Joh. Hieronymo Aquavivo Aragonio* Hadriae Duce, ſummi ordinis Patricio, deque re litteraria inſigniter merito. In advocatione paucos habuit pares [1]; idque teſtantur abunde CERTAMINA FORENSIA typis procuſa, eaque latina puritate deſcripta, ut illorum facundiam, ac vere Romanum ſtyli nitorem noſtra haec tempora non faſtidirent. Praefixa operi ſunt plurima Virorum illuſtrium carmina ad Auctorem [2], atque Proluſio *Joh. Caramuelis* Epiſcopi Satrianenſis, quae de tanti Viri doctrina veluti ſele-

[1] *Anno ſcilicet* 1678. *Neap. apud de* Bonis, *quae inſcribuntur*: Dominici de Rubeis *Forenſium Certaminum ſpecimen*. *Acceſſerunt in prima quatuor Certamina Paraphraſes hexametris illigatae*.

[2] *Hic referre non pigebit de* Dominico de Rubeis, *aliquot Hendecaſillabos ad Auctorem* Seraphini Biſcardii *inter alia Carmina lectu digniores*:

Ubi facta licentia eſt legendi,
O flos inclyte Romuli Nepotum,
Librum, quem modo ſcripſeras Latine,
Miratus ſum quidem gravem, politam
Et ſententiam, & elocutionem
Vere candidi, & aurei libelli.

lectiſſima judicia habenda putamus : Vitam egit Chriſtiano Philoſopho dignam , nilque magis homini conſentaneum ratus eſt, quam inimico parcere , ac froenis injectis naturam furentem compeſcere : ſcilicet cum ſint homines, ut ajebat *Seneca* (1), membra corporis magni, cumque inſita mortalibus ſit cupido ſocietatis, quae ab amore , non metu profecta eſt; hinc ſequitur , naturam ipſam ab odio, atque inimicitia abhorrere. Hinc magna non ſine virtute, noſter *Dominicus de Rubeis* inimico, & percuſſori veniam dedit ; quin & pro roſtris publice defendit. Id evincitnr ex Certamine 11. quo *Leonardum Paulicium*, qui ſuam uxorem occiderat, ipſumque de *Rubeis* lethaliter vulneraverat, amentia , non voluntate feciſſe demonſtravit. Majora vulgaſſet, nec locus virtuti ſuae compar defuiſſet in Repnblica, niſi mors immatura ex tranverſo incurrens eum rapuiſſet.

Hujus jacturam bona alite reparavit *Franciſcus de Andreys*, qui in medium proſilivit , altiuſque caput efferre viſus eſt. Indolem ſortus facilem, atque mite ingenium , primos ado-

(1) Seneca *Epiſtola 95. omne, quod vides, quo humana , divinaque concluſa ſunt , unum eſt: membra ſumas corporis magni.*

adoleſcentiae annos dedicavit Stuſtio Muſarum, boniſque artibus addiſcendis, quibus ad humanitatem illa aetas informari ſolet ; ea namque tempeſtate cultior Poeſis , & eloquentia ab antiquis nodis extricatae revixerant , nec circa vilem, patulumque orbem otio torpentes morabantur . Nova currenti calcaria addere coepit *INVESTIGANTIUM ACADEMIA* (1) , quam publice ſuis in aedibus inſtituerat Marchio Arenarum *Andreas Concubletius*, non ſine magna litteratorum frequentia. Ibi enim ſtatis diebus convenire ſolebant Viri illius aetatis facile Principes, *Job. Alphonſus Borellius*, *Thomas Cornelius*, *Leonardus a Capua*, *Daniel Bartbolus*, *Carolus Buragna*, *Lucas Antonius Portius*, & alii , de quibus poſteri non conticeſcent. Hujus litterarii Conventus occaſione arrepta adoleſcens doctas inire amicitias minime ſprevit cum *Cornelio*, *&* *Capua*, quorum doctrina captus erat , ſciens utrumque

magna

(1) *De* Concubletio , *deque* Inveſtigantibus *ſcribunt* Carolus Suſanna *in* Buragnae *vita* : Leonardus a Capua*: nel ſuo parere*: L. Ant. Portius. *in Opuſcul. de motu gravium*, *&* *de Origine Fontium*: ac poſtremo nuperus Auctor *Portii* Vitae, Cl. *nempe* Joſephus Moſca *Neapolitanus*, *qui eam edidit anno 1765.*

magna nominis celebritate ferri ob philoſophiae ſtudia longe lateque promota; inde factum eſt, ut in eorundem diſciplinam ſeſe lubentiſſime tradiderit; quantunque in optimo philoſophandi genere profeciſſet, non inter Academiae ſpatia oſtendit, vel amicorum congreſſus, prout juventus agere ſtudet, inani quadam ſciendi luxurie inflammata, ſed potius in dura ingeniorum palaeſtra, inque Forenſi conflictu ſolidioris philoſophiae arma attrectavit. Nec ei mos arriſit illorum, qui e privatis Doctorum ludis, acerba nimis, & cruda ſtudia in Forum propellunt: Valde haeſerunt animo *Petronii Arbitri* monita in Satyricis.

. . . . . . Det primos verſibus annos
Meoniumque bibat felici pectore fontem;
Socratico dehinc plenus grege mittat haboenas,
Grandiaque ingentis quatiat Demoſthenis arma.

Hac igitur face praeeunte, juvenis adhuc, ſibi ſtravit iter ad juriſprudentiam; eamque ad altius faſtigium evehere eſt conatus: Hinc dicendi ubertas, cogitandi vis, ac cetera Oratoris ornamenta in eum profluxerunt; latera nempe firma, ſuaviſſima vox, ſtatus, motuſque corporis, geſtus, ac pronunciatio ita

apta, atque ad dicendam accomodata, ut quidquid diceret, aut in dicendo ageret, cum magna audientium delectatione deceret (1). Tunc Neopolitanum audivit Forum perſonare magna nomina, ac pene obliterata *Cujacii*, *Duareni*, aliorumque Interpretum Romani Juris, quos pervulgata, & corrupta illorum temporum inſtitutio rejecerat. Tanto impetu cauſas orabat, ut ſermonis nitor, ac ſententiarum pondus ab intima philoſophia manans, Veterumque ſapientia, inter ſe certare viderentur. Venetiis dum eſſet, peregrinandi ſtudio, cauſam in frequenti Senatu, quae Oratoris vitio male accipiebatur, improviſo naturae impetu abreptus, tuendam ſuſcepit, atque alieno Clienti victoriam paravit. *Franciſci Redii* amicitiam cunctis praetulit, indeque luculentiſſimo tanti Viri teſtimonio meruit ornari [2]. Nepotibus, ne a forenſi ſtudio animum di-

mo-

(1) *Verba haec ſunt* Januarii Partini *in Conviv.*. *Rabul. Epiſt. Nuncupat. ad Marchionem* Bernardum Tanuſium *pag.* 2.

Franc. *de Andreis edita habemus aliquot forenſia ſcripta upus* Arias de Meſa, Bottiglierium, *alioſque*: *eorum meminit* Jannellus *in Montis M. S. Memoria dignior eſt de Re Feudali diſſertatio*.

(2) Redius *in Dithyramb. italice* Bacco in Toſcana: *in adnotationibus pag.* 40. *edit. Neap.*

moverent, Monita reliquit inedita, veluti μνημόσυνον, & pignus amoris: propoſuit namque praemia illis dumtaxat reſervata, qui ad Forum bonis ornati litteris accedunt; idque exemplis confirmavit complurium, qui ope juriſprudentiae Ordini Patricio ſeſe immiſcuerunt [1]. Non imparem fortaſſe gloriam ſibi, ſuiſque peperit *Franciſci* Frater *Januarius de Andreas*, licet minus eloquentiae ſtudio inclaruiſſet. Hujus tamen Viri elogium attexuit *Hyacinthus Gimma* Barienſis, qui *Jovius* alter habendus in Regno Neapolitano. Scimus vero utrumque ad ſumma Togae munera perveniſſe, eorumque merita, vel in Cives, vel in Patriam, vel in omne genus hominum collata adhuc vigere.

Poſtquam duo haec litterarum columina de medio fuerunt ſublata, primus ille juriſprudentiae decor ſenſim deficere, atque ad occaſum prolabi viſus eſt; tunc eam erigere magno non ſine conatu coeperunt *Carolus Suſanna*,

(1) *Vide* Franciſci de Andreis *vitam* a Blaſio Majolo de Avitabile *deſcriptam*, *quae extat inter vitas Arcadum Illuſtrium*, *editas Romae anno* 1708. Nicolaum Amentam *in lepidis carminibus*, *quae inſcribuntur*: *Capitoli di* Niccolò Amenta: *in Firenze* 1721.

na, *&* *Baſilius Jannellus*, quorum ope ingruens profligata barbaries, nocti ſeſe immiſcuit atrae: *Suſanna* Cathacenſis, quippe qui mirabili judicio praeditus erat, latini ſermonis majeſtatem, quae turpi deſuetudine jam deperierat, flagrantiſſime colendam ſuſcepit, ac multa ſcripſit partim ſoluta, partim numeris ligata oratione, quae ad Romanae linguae dignitatem accedunt. [1]. In civilibus vero negotiis tanta polluit doctrina, & dexteritate, ut ſua Domus Aſylum veluti haberetur clientum, eorumque omnium, qui bonas artes ediſcendi ergo, a Brutiis Neapolim advenirent.

Jannellus Vitulanenſis hetruſcae linguae leporibus capiebatur, atque in ea politiſſima varj argumenti carmina pangere [2] ſolitus erat; dumque ad Forenſem gloriam contenderet, ſceleſta manu cujuſdam nefarii domeſtici

(1) Carolus Suſanna deſcripſit Vitam Caroli Buragnae *Cl. Poetae*, *quae prodiit Hetruſcis illius carminibus adjecta en Typ.* Jac. Raillard. *Neap.* 1683. *Ejuſdem quoque extant multae oration. forenſ. ſparſim editae.*

(1) *Haec inſcribuntur*: *Poeſie del Sign. Dott.* Baſilio Giannelli: *in Napoli preſſo Roſelli.* Jannelli *extant monita M. S. ad Heredes*: *ſcripta forenſia*, *quorum unum celebre eſt.*

ſtici ſui ex inopinato ferientis mortem ſubivit: ac Civitas noſtra acerrimo extinctum fato diutius collacrymavit.

Florebant quoque ſub idem tempus, nec mediocri in judiciis auctoritate utebantur *Trojanus Miroballus* [1], *Caeſar Natalis*, *Vincentius Vidmannus*, *Franciſcus Nicodemius* [2]; duoque Viri potentes in Foro, *Petrus de Fuſco* (3), & *Flavius Gurgus* [4]; qui licet cultioribus lit-

(1) *De* Trojano Mirobaļlo *Patricio Neap.*, *ac Reg. Cancellariam Regente*, *conſule* Philippum Anaſthaſium *orat. habita in ejus funere*, *ac typis denuo commiſſa Neap.* 1721. *Adde* J. Vinc. Gravinam *in Epiſtola ad eundem: de luctu minuendo*.

(2) Franc. Nicodemius *concinnavit opus, quod ſub* Leonardi *Fratris nomine prodiit in lucem*, *nimirum:* Le giunte a Toppi; *ut ſupra expoſuimus*.

(3) Petri de Fuſco *vide elogium apud* Gimmam *Tom.* 1. *pag.* 169.

(4) Flavii Gurgo *Filius adhuc vivie*, Felix Gurgus *Caſtri Monardi Dux*, & Franciſcus *Patre dignus*; *quorum amicitiam colimus*: *Hujus gentis monumentum extat in Aede Divae Thereſiae PP. Excalceatorum*, *ubi marmor adeſt* Flavio Gurgo *appoſitum*.

litteris deſtituti, illorum merita non exaequarent, meliori tamen fortunae vento, Civiumque favore propellebantur. *Petrus de Fuſco* in jure enucleando ſingulari quadam prudentia viguit, tantaque Veterum, Bartolinae praeſertim Scholae, juris Interpretum peritia, ut paucos habuerit pares. [1]

Ultra mediocritatem excelluit *Nicolaus Caravita*, cujus Forenſia ſcripta eo ſcatent argumentorum pondere, verborumque delectu, ut neque a *Petro Bembo*, neque a *Johanne Caſa* adornari melius potuiſſent. Cumque amicitiam ſibi conciliaſſet *Ludovici a Cerda Aragonii*, Methymnae Coeliae Ducis, tunc aetate Caroli II. in Regno Neapolis pro Rege, *Caravita* conſilio ductus *Lucae Antonii Portii*, auctor illi fuit Academiam Regiis in Aedibus inſtituendi, quam Viri litteratiſſimi ſtatis diebus convenirent, ſuae doctrinae periculum facturi. [2]

Ca-

[1] *Ita loquitur* Partinus *noſter in praefat. ad Convivium Rabularum*.

[2] Caravitae Proluſiones *Academicae extant, una praemiſſis carminibus* Franciſco Benavidio *Sancti Stephani Comiti dicatio anno* 1696., *altera petentiſſa Carminibus editis pro recepta valetudine*

Caravitae non impares extiterunt *Amatus Danius*, *Conſtantinus Grimaldius*, *Joſephus Valletta*, atque *Antonius Piſtoya*. *Danius* natura renuente, e concionum fluctibus timore quodam perculſus aufugere ſolebat ad privata Muſarum contubernia: ibique ſcripta concinnavit, quae Juriſconſultum politioribus litteris imbutum unicuique oſtentarunt. Haec vero naturae inſita formido, quae *Danium* a fori ſtrepitu arcebat, ei ſtravit iter facilius ad Togam, quam in Regii Conſiliarii munere ſubſtinuit. (1)

Grimaldius a forenſi convicio abhorrens, methaphyſicae ſpeculationi totum ſeſe dedicavit, veteriſque philoſophiae ſtudia proſecutus, Ariſtothelem ex antiquis, Renatum vero Carteſium ex recentioribus primo in urbem invenit: occaſioneque tunc opportune capta celeber-

---

ne Caroli II. *Hiſpaniarum Regis*: *Neap. apud* Parrinum *anno* 1697.: *tertia ſeſe exhibet in Hetruſcis Poematiis* Sebaſtiani Blancardi *J. C. in funere Regii Conſiliarii* Fulvii Caraccioli, *editis Neap. apud Joſ. Roſell.* 1702.

(1) Danius *mirifice ſcripſit pro* Philippi *V. ſucceſſione ad Hiſpaniarum Regna*: *Vide* Baſilii Jannelli *Monita M. S. ad Nepotes*, *&* *hetruſca ejuſdem Carmina*.

berrimae controverſiae, quae inter *Leonardum a Capua*, ac *Benedictum Aletinum* exarſerat; pro *Leonardi* philoſophicis inventis Apologetica tria volumina in publicum emiſit, quae invidiam potius Auctori conflarunt, licet peregrina multa, ſcituque digna continerent (1).

Joſephus contra *Valletta* in univerſa Encyclopedia verſabatur, atque dum cauſas orabat, graecae, latinaeque vetuſtatis floribus onuſta redundabat oratio (2). Ut vero Amicorum commodis, atque utilitati inſervire melius potuiſſet, Bibliothecam ſelectioribus libris, undique privato aere conquiſitis refertam conſtruxit; indeque domum ſuam litteratiſſimi quique Viri frequentes convenire ſolebant, veluti ſapientiae Templum, veteriſque Latii, Athenarumque officinam. Fratrem habuit *Nicolaum Xaverium*, qui non obſcuri Jureconſulti fama utebatur, inque rebus poeticis multam operam collocaverat. Sed *Vallettae* gentis decora inſtauravit *Franciſcus Valletta*, Vir undecumque eruditus, qui ſuperioribus annis fato ceſſit, omnibus

(1) Grimaldii *Reg. Conſ. vita ab ipſo exarata apud heredes ſervatur, utinam edenda.*

(2) Joſephi Vallettae *extant Diſceptationes forenſes partim latino, partim italico ſermone conſcriptae.*

bus bonis moerentibus.

Piſtoya in Brutiis natus, non impar *Valletae* fuit; quinimmo tanta emicuit rei Feudalis peritia, ut eam publice edocuerit in Archigymnaſio Neapolitano. Sed de tanto Viro pauca, aut nulla ſuperſunt monumenta.

Hiſce, & aliis nondum juriſprudentia ad priſcae magnitudinis culmen pervenerat; cum *Seraphinus Biſcardius* Conſentinus omnia impedimenta, quae opus diu intercoeperant, reſecavit, extremamque manum audacter impoſuit. Sub ductu *Franciſci de Andreis* primam aluit juventutem; deinde per omnes Togatae Militiae gradus ad Règiam Cancellariam evectus, bonarum artium ſtudia, ac litteratos Viros adamavit; quaeque in Jure univerſo magis latent, eruditionis, & linguarum ope ſibi innotuerunt. Poſt *Caroli II.* fata, cum de ſucceſſione ad Hiſpaniarum Regna orta eſſet quaeſtio inter *Carolum* Auſtriae Archiducem, Filiumque *Leopoldi I.* Imperatoris; cumque ambo ſua jura vi armorum, ac legibus tuerentur, *Biſcardius* noſter pro Gallici ſanguinis Principe *Philippo* graviſſimum commentarium ſcripſit, quo Heſperiae Regna ad illum pertinere ſtrenuiſſime evicit, contra Juriſconſultorum Germaniae argumenta, qui in alienam abierant ſententiam. Sed hoc auſum

detrimento ipſi fuit non mediocri, e ſuaque fortuna deturbavit, cum Germanica Ditio Neapolim occupaſſet. Extant ejus opera ab Auctore clariſſimo relata, cui debentur rei Conſentinae litteraria monumenta (1). *Biſcardius* fratrem habuit *Hyacinthum* natu minorem, qui in Foro adeo eluxit, ut ſua ſcripta multo cum plauſu circumferrentur. (2) *Biſcardio* grates habendae ſunt immortales, quod protulerit duo ſatis miranda ingenia, *Janum Vincentium Gravinam*, & *Cajetanum Argentium*.

Gra-

(1) *Marchio nempe* Salvator Spiriteus *in opere, quod inſcribitur: memorie degli Scrittori Coſentini &c. in Napoli* 1750. *nella Stamp. Simon. in* 4.: *Adde* Zavarronum *in Bibliotheca Calabra. Neap. anno* . . Biſcardii *opuſcula ſunt: de Quindenniis Neap. fol.*: *Epiſtola pro Auguſtiſſimo Hiſpan. Monarcha* Philippo V. *Neap. apud* Joſ. Roſelli 1703.: *Oratio habita in Regiis Aedibus in die Natali* Philippi V. *Neap. apud* Felicem Moſca 1705.; *quae omnia ſimul collecta iterum procuſa fuerunt anno* 1734., *atque a Marchione* Biſcardio *fratris filio nuncupata* CAROLO BORBONIO, *tunc Regi noſtro Pientiſſimo*.

(2) Hyacinthi Biſcardii *diſceptationes aliquot collegit* Carolus Antonius de Luca.

Gravina temperamento adactus vere calabro, ac Fori ambages faſtidienti, a Praeceptoris inſtituto declinavit; cumque affinitate jungeretur *Gregorio Caloprefio* Amitino ſuo, philoſophiae tunc temporis magno Statori, in illius rectam inſtitutionem lubenter ſeſe conjecit; (1) unde veterum, ac recentiorum de ſapientia univerſa placitis mirifice imbutus, ad legum ſeveriora ſtudia gradum fecit. Poſtea Romam pergere ſtatuit *Clementis XI.* aetate florentiſſimam, eo quod latius Theatrum inveniret, ubi ſua mens tantis opibus referta poſſet ſpatiari. Ibi ex Cathedris Gymnaſii Romani jurisprudentiam docuit, eo auditorum numero ſtipatus, eaque Litteratorum frequentia, ut Pontifex *Albanae* Gentis longe doctiſſimus, & ſummi Proceres inaudito plauſu exceperint Virum, qui novo quodam genere dicendi clarus eminebat. Quamvis autem natura *Gravinae* plurimum indulſerit, ingenii dotibus elargitis, fortuna tamen adverſa confligtabatur; eamque ſuis moribus ultro finxiſſe, multi invidiae ſtimulis abacti murmurabant. Obtrectatio namque, & livor, animuſque ad inanem ſuperbiam efferri ſolitus eo *Gravinam* adduxerunt, ut omnia

E 2 pror-

[1] *Id fuſe enarravimus in* Caloprefii *Vita, quae in forulis latet.*

prorſus contemneret, quae ſibi non probarentur: ſed vitiis nemo ſine naſcitur, immo quiſque ſuos patimur manes, optimuſque ille putandus, *Horatio* teſte, qui minimis urgetur.

Intimae ſpeculationes eum rapiebant, & quae nova de Origine praeſertim Juris meditabatur, chartis committere, elegantique methodo diſponere conſueverat; eaque melius ornata, inque doctas Diatribas congeſta typographicis formis donavit: Haec fidem facient omnibus, quotcumque litterarum ſtudio tenentur, *Gravinae* ſimiles perraro inter homines naſci (1).

Diverſum iter tenuit *Cajetanus Argentius*, pariter Conſentinus, qui ex umbratuli exercitatione ad Forum praemature non convolavit; ſed firmiori aetate, ubi ſenſit pectus bene litteris munitum, ad civiles curas animum appulit. Voce loque-

[1] *De* Jano Vincentio Gravina *ſcripſerunt* J. Andreas Serraus *in ejus vita: Romae* 1758. *Ex typ. de* Rubeis: Georgius Walchius *in Hiſtoria critica Latinae Linguae cap. XII.* §. 4.: Jo: Burchardus Menckenius *de Charlataneria Eruditorum pag.* 106.: Joſephus Carapha *C. R. in Romano Gymnaſio Profeſſor, nunc Archiep. Miletenſis, de* Gymnaſio Romano, *&* de ejus Profeſſoribus *Lib. II. cap.* 4. *pag.* 432., *aliique*.

loquebatur ſubagreſti (1), nec multis eloquentiae calamiſtris ſua diffluebat oratio, ſed argumentorum pondere, rerumque gravitate ſuſtinebatur. Memoria tenax, ac pene miranda ei praeſto ſemper fuit; indeque omnia retinuit, quae ſparſim in toto ſtudiorum curriculo lectitaverat: Memoria ſcilicet a Marco Tullio (2) comparatur theſauro rerum omnium, *quae niſi cuſtos inventis, cogitatiſque rebus, & verbis adhibeatur; intelligimus omnia, etiam ſi praeclariſſima fuerint, in Oratore peritura*. Ingenium vero ſupra mortales acutum, ac velox ita arriſit, ut neque in diſputatione forenſi, neque in arduis Reipublicae muneribus defecerit unquam. Illius propterea virtutis fama crevit, ſuaque doctrina morum honeſtate compoſita omnium animos leniter devinxit. Immo *Caeſar* Auſtriacus, dum ipſe Regiam Cancellariam regebat, plurimis argumentis maximam Regni Neapolitani felicitatis partem ab unius *Argentii* firmitate, conſiliiſque pendere arbitrabatur.

De Re Beneficiaria erudita ſane tractatio, plurimaeque doctiſſimae Conſultationes ab illo exa-

[1] *Hoc refert* Januarius Parrinus *in* Convivio Rabularum *Epiſt. nuncupator. pag.* 205.

[2] Marcus Tullius *lib.* 1. de Oratore.

exaratae, dum Sacerdotii, & Imperii finibus tuendis praeeſſet, abunde teſtantur, quantam Civitas noſtra tanti Viri fato jacturam fecerit (3). *Argentii* conatibus veluti collegam ſeſe adſcivit *Dominicus Aulifius*, qui in Regia Studiorum Academia Juris principia emendatiora Neapolitanae juventuti communicabat. Improbi labores, ac diuturnae vigiliae per tria luſtra *Aulifium* libris pene immorientem, atque ab humano conſortio disjunctum non defatigarunt: linguarum notitia, ac theſaurus ille veteris, ac novae jurisprudentiae a domeſticis latebris, ignobilique otio in eum defluxerunt: Invidia vero temporum *Aulifio* magnopere adverſaba-

[3] Cajetani Argentii *extat juvenile ſpecimen*, *ſub incerti Auctoris nomine*, *quod inſcribitur*: Relazione delle Feſte celebrate in Coſenza nelle nozze di Carlo II. &c. *Coſenza per Dom. Mollo* 1680. *in ottavo*: de Re Beneficiaria *Diſſertationes tres anno* 1708. *in* 4., *de quibus vide* Marchionem Spiriteum *nelle memorie degli Scrittori Coſent. pag.* 174. *ad* 177.; Blaſium Troyſium *in elog. funebri latino*, *atque* Bernardum Giacchium *in Orat. habita in* Argentii *funere*; *quae omnia collegit vir Clar.* Vincentius de Hippolyto *inter Acta ejuſdem funeris. Neap. apud Moſcam ann.* 1731.

ſabatur ; itaut complures blaterones , ac pſeudolitterati famoſis libellis illius vitae innocentiam peſſumdare ſint conati (1) : Oris habitu ad ſeveritatem vergenti , ac Socratica virtute plenus incedebat ; inter privatos vero amicorum coetus ea ſermonis gravitate, & facundia loquebatur , ut *Didaco Vincentio Vidaniae* tunc Gymnaſii Praefecto , ac Praeſuli doctiſſimo in deliciis fuerit ad extremam uſque ſenectutem . Ad eum inviſendum confluere ſolebant viri cultiſſimi ; tanta erat apud homines orta , atque conſtabilita ſui nominis opinio . Sed vir magnus nihil tale ſciens, peremptus jacuit ictu lethali, a ſceleſtiſſimo affini ſuo, qui illius hereditati inhiabat (2) . Ex Cathedris

(1) *De famoſis libellis contra* Auliſium *pervulgatis vide* Nicolaum Amentam *in vita* Leonardi a Capua *Venetiis* 1710. : *Apud nos contra* Auliſium *libellus ſervatur editus ab Alumnis* Capuae, *qui inſcribitur:* la Coda del Cacamuſone Epigrammatico.

[2] Auliſii *opera ſunt : Opuſcula Neap. apud* Raillard 1694.*Commentaria Juris Civilis in duas Tomos diſpertita Neap.*1720. *apud* Nicolaum Naſum :*Juris Canonici Elementa* : le Scuole Sacre, *opus poſthumum , quod vulgavit* Nicolaus Ferrara Auliſius *memoriae gratus Avunculi doctiſſimi.*

dris *Aulisium* audiviſſe gloriae ſibi tribuebant duo noſtrae Civitatis columina, *Petrus Jannonius*, & *Nicolaus Capaſſus*.

Jannonius, poſtquam e Fori ſcopulis enavigavit, ad civilem Regni Neapolitani Hiſtoriam deſcribendam ſeſe convertit; eamque diligenter abſolvit, quam alii vix tentatam reliquerant: Niſi vero mordaci quodam ſale facta condire volupe fuiſſet, hiſtoriamque atris coloribus commaculaſſet, opus certe haberemus immortale, caeteriſque jure optimo praeponendum (1).

Exemplo *Aulisii* trahebatur *Nicolaus Capaſſus*: hic popularis erat, ſtudiorumque ſocius *Nicolai Cyrilli*, tunc altioris medicinae in Lyceo publico Anteceſſoris; cumque eſſet natura conſtans, acer, atrox, totus mens, totus acumen (2), e veſtigio legum callentiſſimus, omnique litterarum genere excultus evaſit. Sed mos ad hilaritatem pronus, ac facoeta indoles ad ſatyram quandoque incitabant: licet vero in illa potius jocari, quam injuſte maledicere vide-

[1] Petri Jannonii *vita nuper eſt evulgata ab eruditiſſimo* Leonardo Parſinio *Typis* Joh. Gravier.

[2] *Haec verba ſunt viri immortalis* Alexii Symmachi Mazochii *in diſticho ſub effigie* Capaſſi.

videretur, tamen id vitio, morumque pravitati e noſtris multi tribuebant. Nos autem veniam dabimus Viro magno, cum impium ſit, ac nefas, cineres turbare ſepultos [1].

Fama tunc quoque ferebantur *Dominicus Andreas de Milo*, *Joh. Baptiſta de Palma*, *Joſephus Macrinus*, *Nicolaus Amenta*, *Hiacynthus de Chriſtophoro*, duoque Fratres clariſſimi, *Xaverius*, & *Joh. Dominicus Panſuti*.

De *Milo* nihil addere opus eſt, cum ſua loquantur ſcripta memoriae prodita, quae in ſuo erudito elogio commemorat, exornatque *Gimma* Barienſis [2].

Joh. Baptiſta de Palma Catoniana ſeveritate, ac philoſophico vivendi genere a noſtris magno in praetio habebatur. Diſciplinas omnes Oratori, atque Juriſconſulto conferre putabat, indeque temporum Hiſtoriae, Methaphyſicae, Matheſi, atque cultioribus Muſis vacavit: In cauſarum patrociniis, & maxime in illa Juriſprudentiae parte, quae crimina attin-

F git,

[1] Capaſſi *opera poetica nuperrime fuerunt collecta, typiſque donata a* Franciſco Capaſſo *Fratris filio, qui* Patrui *vitam elegantiſſime ſcriptam volumini praefixit*.

[2] Hyacinthus Gimma *Elog.* 53. *pag.* 301.

dris *Aulisium* audiviſſe gloriae ſibi tribuebant duo noſtrae Civitatis columina, *Petrus Jannonius*, & *Nicolaus Capaſſus*.

Jannonius, poſtquam e Fori ſcopulis enavigavit, ad civilem Regni Neapolitani Hiſtoriam deſcribendam ſeſe convertit; eamque diligenter abſolvit, quam alii vix tentatam reliquerant: Niſi vero mordaci quodam ſale facta condire volupe fuiſſet, hiſtoriamque atris coloribus commaculaſſet, opus certe haberemus immortale, caeteriſque jure optimo praeponendum (1).

Exemplo *Aulisii* trahebatur *Nicolaus Capaſſus*: hic popularis erat, ſtudiorumque ſocius *Nicolai Cyrilli*, tunc altioris medicinae in Lyceo publico Anteceſſoris; cumque eſſet natura conſtans, acer, atrox, totus mens, totus acumen (2), e veſtigio legum callentiſſimus, omnique litterarum genere excultus evaſit. Sed mos ad hilaritatem pronus, ac facoeta indoles ad ſatyram quandoque incitabant: licet vero in illa potius jocari, quam injuſte maledicere vide-

[1] Petri Jannonii *vita nuper eſt evulgata ab eruditiſſimo* Leonardo Parſinio *Typis* Joh. Gravier.

[2] *Haec verba ſunt viri immortalis* Alexii Symmachi Mazochii *in diſticho ſub effigie* Capaſſi.

videretur, tamen id vitio, morumque pravitati e noſtris multi tribuebant. Nos autem veniam dabimus Viro magno, cum impium ſit, ac nefas, cineres turbare ſepultos [1].

Fama tunc quoque ferebantur *Dominicus Andreas de Milo*, *Joh. Baptiſta de Palma*, *Joſephus Macrinus*, *Nicolaus Amenta*, *Hiacynthus de Chriſtophoro*, duoque Fratres clariſſimi, *Xaverius*, & *Joh. Dominicus Panſuti*.

De *Milo* nihil addere opus eſt, cum ſua loquantur ſcripta memoriae prodita, quae in ſuo erudito elogio commemorat, exornatque *Gimma* Barienſis [2].

Joh. Baptiſta de Palma Catoniana ſeveritate, ac philoſophico vivendi genere a noſtris magno in praetio habebatur. Diſciplinas omnes Oratori, atque Juriſconſulto conferre putabat, indeque temporum Hiſtoriae, Methaphyſicae, Matheſi, atque cultioribus Muſis vacavit: In cauſarum patrociniis, & maxime in illa Juriſprudentiae parte, quae crimina attin-

F git,

[1] Capaſſi *opera poetica nuperrime fuerunt collecta*, *typiſque donata a* Franciſco Capaſſo *Fratris filio*, *qui* Patrui *vitam elegantiſſime ſcriptam volumini praefixit*.

[2] Hyacinthus Gimma *Elog.* 53. *pag.* 301.

Digitized by Google

git, quaeque unica materies videtur optimo Oratore digna, teſte *Quintiliano*, paucos habuit pares. Illius extant Geometricae Exercitationes, quas probavit *Nicolaus Parthenius Giannettaſius*, Epiſtola ad Auctorem data (1): atque hetruſca varj argumenti Carmina, quae ad ſoeculi XV. poeticam gravitatem accedunt (2).

Joſephus Macrinus politiſſimo ingenio praeditus erat; multaque poſteris reliquit monumenta, quae virum fuiſſe demonſtrant Muſis amicum, deque latinis litteris benemerentem. Digna legi ſunt: Libellus de *Veſuvio*, cui acceſſere aliquot carmina (3): Hiſtorica Enarratio de origine nobiliſſimae Gentis *de Ponte*; ac

[1] *Opus inſcribitur:* Joh. Bapt. Palmae Neap. *in Geometriam Exercitationes: Neap.* 1689. *apud ſocios* Parrinum, & Mutium.

[2] *Ejuſdem Carmina inſcribuntur:* Rime di Gio: Battiſta di Palma &c. *Nap.*1739. *preſſo il* Moſca; *quae collegit, notiſque illuſtravit* Cajetanus Celentanus, *tunc rariſſimi ingenii adoleſcens*.

[3] *Editus eſt Neapoli typ.* Hieron. Faſuli 1693.

ac *Vindemalium* libri duo, Virgiliano metro haud ſecundi (1).

De *Nicolao Amenta* ſatis dictum; ejus opera fidem facient, hetruſcae linguae non parva incrementa a ſuis laboribus profecta: Idque teſtatur ejuſdem vita Italice conſcripta a *Joſepho Cito*, qui Avunculi egregia facta oblivioni ſubducere eſt conatus.

Hyacinthus de Chriſtophoro Bernardi Filius, de quo ſupra mentionem injecimus, non modo Jureconſulti, verum & Mathematici doctiſſimi nomen ſibi comparavit: In Algebra ſublimiori, quam analyticam vocant, ſummopere verſatus erat, eumque audivit *Paulus Matthias Doria*, qui generis claritati bonas artes, omniumque diſciplinarum notitiam conſociavit. *Chriſtophori* hic adnotandus eſt Libellus de *Conſtructione Aequationum* (2); item tractatio de *Trigonometria*, ſive *doctrina Triangulorum* (3), ac denique Hiſtorica deſcri-

 ptio

[1] *Vindemialium ad Campaniae uſum libri duo* Macrini *editi ſunt Neap. typ.* Felicis Moſca 1716.

(2) *Editus eſt Neap. typ.* Joſ. Roſelli *anno* 1700.

[3] *Italice inſcribitur*: Della dottrina de' Trian-

ptio clariſſimae Gentis de *Petio*; quae omnia tanti Viri nomen Orbi litterario ſatis commendant.

Xaverius Comes *Panſutus* ab univerſae Romanorum hiſtoriae improba lectione animam vere Romanam contraxit: hic cernens, Italos Tragicum cothurnum deſeruiſſe, ac neminem, *Triſſino* excepto, ad Sophoclis, atque Euripidis dignitatem in hujuſmodi argumento perveniſſe; ad hoc opus manum primus admovit audaci ſane conſilio, quod votis reſpondit: quinque Romanae hiſtoriae loci, Reipublicae libertatem proferentes, ei dederunt opimam ſegetem quinque Tragoedias conſcribendi ea felicitate, ut non imber edax, nec fuga temporum diruet umquam: multa reliquit hetruſca poematia ſparſim vulgata, atque inedita multa apud heredes; ſed haec lyricam tenuitatem exſuperant, potiusque ad grande Epos accedunt. (1)

Pan-

Triangoli: *Venetiis anno* 1720.: *ibi vide quae de* Chriſtophoro *ſcribit* Conſtantinus Grimaldius *in Epiſtola ad lectorem*.

(1) *De* Xaverio Panſuto, *deque ſuis Tragoediis nobile ſane teſtimonium profert immortalis*

Panſutus alter ab amoenioribus litteris abhorruit, quippe quae fortunae promovendae, atque opibus cumulandis parum, aut nihil inſerviant: in forenſi itaque pulvere ſatius putavit, nec ſine gloria verſari, triſtemque pauperiem fugere, quam inani Apollinis umbra defendi, inque ipſo Heliconis fonte exareſcere (1).

Hic vero duo maxima ingenia praeterire nequimus, *Joh. Baptiſtam Vicum*, atque *Matthaeum Aegyptium*, qui aliorum gloriae tenebras veluti offuderunt.

Vicus intima Philoſophia, omnique litterarum genere praeſtans, aeternum decus paravit ſibi, ac Genti Neapolitanae: De rebus Geſtis *Antonii Carapbei* Commentarius teſtatur, quantum ipſe de latina lingua ſit meritus. Opus vero de *Conſtantia Juriſprudentiae*, deque uno *Univerſi Juris principio*, & *fine uno*, Methaphyſicum nimis, atque elaboratum, inter ſummos Jureconſultos *Vicum* jure optimo collocavit; idque non modo noſtrates publico judicio confirmarunt, ſed etiam exteri, inter quos

---

talis Vir Alexius Symmachus Mazochius *in Commentario in mutilum Campani Amphitheatri titulum cap. primo pag.* 58.

[8) Joh. Dominici Panſuti *extant Controverſ. Forenſ. Neap. typ.* Porſile 1716.

quos *Henricus Brenckmannus* domo Batavus, ac celeberrimi nominis Jureconſultus probavit. Novum denique Syſtema de Origine Populorum, eo mentis acumine, & ſapientia Auctor eſt molitus, ut *Baco* unus tantam provinciam aggredi potuiſſet (1). Hic liceat fateri, ne noſtris inimici videamur, e laudato unius *Vici* libro deſcendiſſe multa doctrinae miracula, quae tranſalpinis ingeniis adoptare volupe fuit, quaeque novis induta coloribus circumferuntur.

Aegy-

(1) Vici *opera ſunt: Latinae Orationes nunc primum collectae Neap. 1766. curante* Franciſco Daniele: *De Antiquiſſima Italorum Sapientia: Riſpoſta a' Sigg. Giornaliſti di Venezia: De aequilibrio corporis animantis: Acta funeris* Caroli Sangrii, *&* Joſephi Capycii: *De rebus geſtis* Antonii Caraphaei *libri IV.*: *De uno univerſi juris principio, & fine uno: De Conſtantia Jurisprudentiae lib. II., Notae in libros de jure univerſo*: Principj della Scienza nuova; *& alia partim poetica, partim oratoria ingenii ſpecimina, de quibus conſule ejuſdem Auctoris Vitam ipſius manu deſcriptam, ac Venetiis editam ab* Angelo Calogerà *Camaldulenſi doctiſſimo, in I. Opuſculorum Collectione.*

Aegyptius ſacro Antiquitatis ſtudio a juvenilibus annis operam dedit, primuſque puritatem Romani ſermonis, iterum ab Urbe noſtra exulantem revocare contendit. Cumque rem lapidariam colere inſtituiſſet, corruptum in ea ſcribendi genus damnavit, tumidum nempe, inconcinnum, inania perſonans, atque a latina majeſtate alienum. Hinc Elogia vel publicis, vel privatis operibus apponenda eo ſcripſit candore, ac brevitate, ut ſi ea cum veteribus, quae collegit *Grutherus*, vel *Reineſius* comparentur, nihil ab iis profectò diſtare intelliges. Torellae Principem ſecutus, qui ad Galliae Regem ſeſe contulerat, eumque adminiſtrum ſuae legationis advexerat; ibi nomini ſuo, ac Patriae decori monumentum aere perennius exegit; inque florentiſſimo litterarum veluti emporio, ea mentis luce refulſit *Aegyptius*, ut a *Ludovico XV.* aurea torque fuerit donatus. Extant illius opera, quae Viri litteratiſſimi famam poſteritati commendant, quaeque non modo Philologi, verum etiam politiſſimi Juriſconſulti imaginem exhibere videntur. [1]

Cum-

(1) De Aegyptii *laudibus*, *deque ejus Vita, ſtudiorumque ratione egregie ſcripſit* Gerardus *de* An-

Cum hiſce Viris conſpirabant in Regia Academia *Dominicus Gentilis* , *Jacobus Grazinius* , *Nicolaus Galitia* , & *Petrus Antonius de Turris*.

Gentilis vivido ingenio, atque memoria ſatis firma praeditus erat ; indeque non modo Juriſprudentiam calluit, ſed amoenioribus quoque Muſis eſt delectatus. Vi autem temperamenti conſtans, & propoſiti tenax numquam fuit ; ſaepe enim incoepta opera in forulis latere potius, quam ad umbilicum adduci paſſus eſt. Vindiciae ſecundum *Cujacium* , adverſus *Merillium* , (immane quidem opus, ac ſummo Viro dignum) id abunde teſtantur . Fragmentum hujus Commentarii edendum curavit noſter *Joſephus Paſchalis Cyrillus* , ut ab ungue leonem poſteri dignoſcerent.

Eadem aetas admirata fuit acre ingenium *Thomae Mazzaccarae* , per omnes Togatae Militiae Gradus evecti : De tanto Viro, cujus adhuc perſonat fama , ſcribere idem eſſet, ac noctuas Athenas adducere.

Mazzaccara ſocium pene habuit *Horatium Roccam* , qui ex Tranenſi Provincia Neapolim ad-

---

Angelis *ex Minimorum Inſtituto* , *Oratione habitâ in ejuſdem funere* , *quae extat in II. illius Orationum Vol. Neap.* 1763. *ex typ.* Simon.

advenerat, ingentibus naturae bonis ornatus: eloquii tanta vis in eo refulſit, ac tantus decor, ut ab unius ore univerſa Curia penderet; nulliuſque Adverſarii doctrina magis commoveri, ac impalleſcere ſolebat Vir ſummus *Dominicus Caravita*, quam *Roccae* orantis impetu, animique praeſentia.

Hiſce Viris haud ſecundi extiterunt, *Stephanus de Stephano, Franciſcus Sanctorus, Antonius Roccius, Caeſar Ferrius, Franciſcus de Honuphrio, Ferdinandus Camerota, Vitalis de Vitale, Antonius Picardius*, aliique.

Stephanus de Stephano morum probitate, atque juris Romani, & patrii ſumma peritia non mediocrem retulit ingenj laudem a noſtris Jureconſultis. Animo ab ingenuis artibus non alieno ad Forum acceſſit; ibique commentarium ſatis elaboratum protulit in Pragmaticam Sanctionem LXXIX. *de Officio Procuratoris Caeſaris*. Opere vix edito magna lux affulſit Neapolitanae Juriſprudentiae; ita ut ipſe ad Togam quaeſitis meritis ingreſſus fuerit. (1)

G *San-*

(1) Stephani *opus inſcribitur*: La Ragion Paſtorale, ovver Comento ſulla Pramatica 79. *de Off. Proc. Caeſ.*, diviſo in due Tomi: *Neap. typ.* Roſelli. 1731.

Sanctorus e ludo prodierat *Amati Danii*, & *Nicolai Caravitae*; ſupra ceteros magna nominis celebritate ferebatur publici, privatique juris ſcientia, ac mira in litibus dirimendis ſagacitate. Ejus domum, totius Urbis veluti Aſylum, colebant omnes, qui in ancipiti cauſarum fortuna verſabantur; ac *Sanctori* unius conſilio, abſque ulla contentione acquieſcebant.

Ad eundem eruditionis gradum pervenerunt *Nicolaus de Afflicto*, *Hyacinthus Falletus*, *Dominicus Caravita*, *Franciſcus Crivellius*, e Gente *Fabii*, & *Alphonſi*, *Vincentius Quadrimanus*, *Ferdinandus Magdalena*, *Antonius Rinaldius*, *Thomas Xaverius Caravita*, *Jacobus Salernus*, *Antonius Maſcarius*, *Vincentius de Hippolytho*, auditor *Franciſci Nicodemii*, *Cajetanus Branconus*, aliique: Minorum gentium Jureconſultos, qui praeter Fori notitiam ſapere noluerunt, omittere juvabit; eo magis quod ipſorum nomina tenebris damnavit primo *Philippus Solombrinus*, deinde *Octavius Vitalianus*. Noſtri Decuriones, qui Ordinis, Populique Neapolitani partes implent, numquam experti fuerunt cauſarum Patronos, neque doctiores, neque ad jura Civitatis tuenda magis aptos, ac expeditos. Utriuſque ſatis erit evolvere Certamina forenſia, ſi quantum eruditione, & gravitate praeſtiterint, plenius noſcere placebit.

Inter

Inter omnes vero principem locum ſibi jure optimo vindicavit *Dominicus Caravita*, qui optimis ingeniis eo favebat animi ardore, ut e ſuo Ludo, tamquam ex equo Trojano, lectiſſima cohors Vicorum illuſtrium deſcenderit, primaque in Foro ſubſellia occupaverit. Duo praeſertim cauſarum Patroni diſertiſſimi, quorum fata lacrymis adhuc urgemus, Marchio nempe *Carolus Tufius*, atque *Andreas Vigneſius*, tanti Praeceptoris nomen poſteritati commendant. Quamvis autem e *Caravitae* florentiſſima ſchola pauci noſtra aetate ſuperſint; ipſe tamen vivit ſenio confectus, ac plenus honoribus; ejuſque vitam non ſine virtute peractam Neſtoreos in annos protrahendam putamus. Pereant maleferiati, & qui vitam ſilentio tranſegerunt, ceu pecora in ventrem prona, ut ajebat *Salluſtius*: terram iſti quantocius petant gravitate ſua, quoniam terrae fuerunt inania pondera.

Caravitae non impar fuit *Quadrimanus* Patricius Conſentinus. Virum neque in cauſis agendis doctiorem, neque in jure dicundo gravitate, & ſollertia praeſtantiorem illo Curia non vidit; honeſtas vero, ſanctique Juris cuſtodia quando ullum invenient *Quadrimano* parem!

Alter *Caravita* etiam genere clarus, novo Senatoriam Stirpem auxit lumine, opuſque adorna-

vit non inficoetum, quod Elementa Juris Criminalis eleganti ſane methodo expoſita complectitur.

Salernus vero in Domo Patricia liberaliter educatus, erga bonas artes incredibili ſtudio ferebatur; omneſque illarum egregios Cultores intima neceſſitudine ſibi devinxit; cumque ſaepe conveniret *Antonium Monfortium* in re mathematica, & aſtronomica tunc temporis adprime verſatum, cupido inceſſit, eo duce, naturae miracula contemplari, Univerſi ordinem, atque harmoniam inveſtigare, Solis curſum, Lunae phaſes, Comaetarum ellypſes, aliorumque ſyderum occaſus, & intervalla noſcere, omniumque rerum cauſas rimari, quae ope Matheſeos, & Aſtronomiae ſeſe nobis aperiunt: unde poſtquam graves Togatae Militiae curas ei ſubire datum eſt, facillime de unaquaque re tum ad civilem ſapientiam, tum naturalem ſpectanti ſententiam pronunciabat: Campaniae Praefectum ſcimus illo neminem graviorem extitiſſe; natura namque ad ſceleſtos homines coercendos erat pronus, tantoque ſui nominis metu Regni Provincias implevit, ut e veſtigio nefariis graſſatoribus purgaverit ea loca, quae publicae ſecuritati magis infenſa videbantur [1].

Non

(1) Salerni *extant Opuſcula: Vita nempe*

An-

Non omnibus autem ratio ſcribendi arriſit, quia paucis licuit tempus Miniſterio, vel quieti ſubductum, chartis evolvendis inſumere; Id aſſecutum legimus *Trajani* tempore *Plinium Secundum*; qui cum eſſet naturae ſedulus admirator. ea intervalla, quae otio traducenda eſſent, Hiſtoriae Naturali conſcribendae dedicavit. Hoc fortaſſe veteri exemplo *Donatus Antonius de Aſti*, cui fortuna parum indulſerat, vitam inter libros, atque a Reipublicae ſtrepitu ſemotam trahere ſatius putavit. Tunc enim Italia noſtra magnopere plaudebat Viro Piſano, de litteris inſigniter merito, BERNARDO TANUSIO, quippe qui nova multa meditatus erat de *Antiquo Uſu Pandectarum*, atque opus tunc recens protulerat immortale in idem argumentum. Hoc *Donato Antonio* veluti calcaria addidit currenti; Cum namque a multis celeberrimi TANUSII placitis diſſentiret, animadverſiones aliquot fruge ple-

Antonii Monfortii, *quae legitur praefixa ejuſdem* Monfortii *poſthumo libello*: *de Stellarum Motibus*: *Praefatio ad opus poeticum, quod inſcribitur*: Franciſci Mariae Caeſaris Eugenius: *Neap.* 1724. *ex officina* Dom. Roſelli.

plenas, atque ab univerſae eruditionis penore depromtas collegit, quae duo Volumina conflarunt, inſcripta: *De Uſu, atque Auctoritate Civilis Rationis*. Neque inaniter Auctori ceſſit induſtria, & labor, quem in ſuis ſcriptis adornandis exhauſerat; judicio enim publico Vir undecumque doctiſsimus habebatur; immo ad Regii Conſiliarii munus quaeſita ope litterarum merita evexerunt.

Eidem ſucceſſit *Franciſcus Rapolla*, qui adoleſcens adhuc Juriſconſulti omnibus numeris abſoluti imaginem exhibuit aureo Libello typis commiſſo, cui nomen dedit *Juriſconſultus*. Eumque tam bene formavit, germaniſque coloribus effinxit, ut multam ſane laudem retulerit ab optimis rerum aeſtimatoribus. Tunc novitate ſua animos Italorum concuſſerat Opella ſatis venuſta, qua *Ludovicus Muratorius*, ingens illud doctrinae Miraculum, Juriſprudentiae multa vitia detegere aggreſſus erat (1). Plures Viri, quamvis emunctae naris eſſent, *Muratorii* judicio acquieverunt, falſo putantes, magna ingenia raro, aut numquam falli poſſe, atque in errores impingere, quos

aut

(1) Muratorii *opus inſcribitur:* De' difetti della Giuriſprudenza &c.

aut incuria fudit, aut humana parum cavit natura. Hinc *Franciſcus Rapolla* ſupra aetatem ſtrenuus Jurisprudentiae Vindex, & Propugnator ſtetit adverſus *Muratorium*, ejuſque ſolidiora argumenta infringere auſus eſt: Tantoque impetu Juris cauſam defendit, tantaque animi demiſſione, ut ſua gravis, atque honeſta ſcribendi ratio magnopere illum delectaverit, immo in ſuam quoque ſententiam pedibus ire ultro coegerit (1). Ab hiſce curis *Rapolla* noſter ſolutus, ad Cathedram Juris Civilis, quam in Archigymnaſio Neapolitano obtinuerat, unice ſeſe convertit; ibique cernens, nulla extare Juris Patrii Elementa, quae juventutis commoda fovere poſſent; eam provinciam non ſine multo animi ardore ſuſcepit, primamque Juris publici Neapolitani partem abſolvit; dumque ſecundam Juris privati, magiſque utilem parabat, graviora Togae impedimenta eum ab opere jam ad finem vergenti diſtinuerunt. (2) Sub

(1) Rapollae *Commentarius inſcribitur*: Diſeſa della Giuriſprudenza &c.

(2) *Haec & alia de* Franc. Rapolla *mihi retulit Juvenis doctus, ac in Foro diſertus* Angelus Paduanus: *Conſule* Joſephum Mazziottum *J. C. in Elog. funebri ejuſdem* Rapollae *Neap.* 1765. *typ. Simon.*

Sub idem tempus latinae robuſtioris eloquentiae intima ſtudia colebat *Januarius Parrinus*, qui in vetuſtis exemplaribus noctuque diaque verſandis integram juventutem exegerat ſub diſciplina *Xaverii Panſuti*, cui affinitate diſtringebatur, & quem ſupra memoravimus. Forenſium ſordes, ac foedam barbariem Vatiniano pene odio eſt proſecutus; immo eorum technas, fraudes, turpiſque lucri aviditatem mira quadam diligentia nobis aperuit in ſuo *Rabularum Convivio*, quod Graecorum Sympoſiis comparandum putant ii, quibus cor ſapere datum eſt. *Fortuna*, *Palinodia ad Fortunam*, *Dialogi Forenſes*, *Belvederius*, ſive *Theatrum*, & alia varj argumenti Colloquia in unum collecta, opera non ſunt,

Queis manus inſudet vulgi, Hermogeniſq; Tigelli.

Socratem, *Platonem*, atque *Plutarchum* philoſophari credes, *Terentium* vero, ac *Caeſarem* loqui putabis; eo nitore, ac venuſtate conſperſa videntur omnia, quae *Parrinus* ludens calamo ſcribere ſolebat. Nec falſa loquor de Togato Viro, quem paucis abhinc annis de medio ſublatum fruſtra dolentes urgemus:

Multis ille quidem flebilis occidit
Nulli flebilior, quam mibi

Illius doctrinae ſedulo admiratori.

Ultra mediocritatem quoque aſſurgebat *Ja-*

cobus

cobus Caſtellius, Neapolitano Patre Carboni in Lucania natus, qui primum *Januarii Cuſani* Anteceſſoris peritiſſimi auditor fuit. Huic erat ingenium valde politum, ac Veteribus, quorum lectione creverat, unice devotum: ſed Superi, ut *Horatianis* utar verbis, puſilli eum finxerunt animi, perraro, & pauca loquentis; hinc in jure dicundo potentior evaſit, quam in cauſis agendis, quae hominem deſiderant prudenti quodam audaciae ſpiritu commotum. Sed hoc vitio minime tribuendum eſt, cum vis illa, atque impetus natura tantum obveniat, educatione adoleſcat, ab arte vero intra ſuos fines coerceatur. Leges vero *Caſtellius* noverat intime, atque in utraque lingua magnopere verſatus erat. Academica Diſſertatio de *Originibus Vernaculi noſtri Idiomatis*; atque *Acta Divae Reſtitutae cum Philologicis enarrationibus*, id abunde teſtantur.

Opus hoc large probavit BENEDICTUS XIV. Pontifex memoriae immortalis, Epiſtola ad Auctorem data; ejuſque Enarrationes putavit ſacrae, prophanaeque doctrinae plenas, & ex alta juris civilis peritia petitas. Scripſit quoque alia multa; notas nempe ad *Cerbelliſnum*, & Opuſculorum Volumen, inter quae Epiſtolam ad Clariſſimum *Tafurium* Patricium Neritinum, iterque Altavillam, & de nomine

Campani Amphitheatri *berolais*, de ſerico, deque aliis; praeter inedita multa, quae memorat Auctor illius Vitae. (1)

Maxima tamen laus non defuit Viro doctiſſimo *Ferdinando Ambroſio* Neapolitano. Egregia ad virtutem indoles, nec fucata religio ad humanarum rerum, atque inanis gloriae contemptum ferebant; unde multa opera in forulis latere paſſus eſt, quae ſui nominis famam ſeris nepotibus commendare potuiſſent. Mens pura, purus animus, vita innocens ejus Togam, quamdiu ſuſtinuit in Regii Conſiliarii munere, labe nulla coinquinarunt. Sua vero non illepida *Juris Feudalis* Elementa, quae in Regia Academia publice docuit, quaeque inedita volitant adhuc, habenda ſunt veluti ſuae penitioris doctrinae teſtimonia.

Id quod autem neglexit *Ambroſius*, large quidem praeſtare adlubuit *Joſepho Aurelio de Januario*. Natura omnibus donis hunc mirifice ditavit: Elegans oris habitus, ac ſerena oculorum vis, immo integra corporis facies, ani-

(1) *Eruditus nempe* J. C. Dominicus Topius *in Praeconio latino* Caſtellii, *quod extat in fine Opuſculorum ejuſdem. Neap.* 1754. *apud* Vinc. Pauriam.

animum indicabant membris abſcondi ſatis vigilem, expeditum, atque magna ſemina continentem; ea namque ſunt corporis, animique ſecreta vincula, ut ab eorundem ſuavi harmonia, teſte *Platone*, hominum virtus unice pendeat. *Joſephus Aurelius* corpori colendo parum indulſit, ſed omne tempus ad nobilioris partis cultum transferre putavit: Re quidem vera magis imperat animus, atque ad ſua divina prope initia accedit, quo minus vigent membra, corporiſque virtutes. Quapropter ubi ſenſit, ad grandia quaeque ſe natura comparatum eſſe, omne ſtudiorum genus non modo ſummis labiis delibare, verum & probe, intimeque noſcere contendit. Licet autem Juriſprudentiae metam contingere ei fuiſſet in votis; tamen altius infixa erant animo Eloquentiae, & Poeſeos recondita principia, quae dum vixit, jucundo veluti lenocinio obſtrictum detinuerunt. *Reſpublica Juriſconſultorum*, Opus Viro dignum Juriſconſultiſſimo, primum, ac juvenile ingenj ſui ſpecimen apparuit. Non adhuc quartum aetatis luſtrum egreſſus erat adoleſcens, cum tantam apud Italos admirationem, atque ſpem de ſe concitavit. Studiorum ſeveritatem amoenioribus Muſis temperare ſciebat; atque ſubſecivis horis latina carmina ſcribere ſolitus erat, quae numero, ac

metri facilitate, cum Ovidianis verſibus contendere videntur: *Feriae Autumnales* , & alia ſcripta vel ſoluta , vel numeris obſtricta oratione , quae Univrſae Europae, atque Lypſienſi Academiae publicis teſtimoniis probata fuerunt; labores hercle ſunt puriorem Auguſti aetatem nobis referentes, quique fortaſſe XV. ſaeculi elegantiam, & majeſtatem longe exſuperant . Quae autem concinnavit de *Vitiis orandi cauſas in Foro* , novitatem ſapiunt , immo ſtudioſae legum juventuti, exempla veluti perfectiſſima proponi deberent : ſcilicet cognitis vitiis, quae in Foro partim Cauſidicorum ignavia , partim uſu quotidiano irrepſerunt, facile erit virtutes noſcere , quae illis adverſantur : Vafritiem , dolos , audaciam , forenſe ſtudium omni bonarum artium ope deſtitutum , atque cetera hiſce ſimilia tam bene in medium protulit, ac ſale multo perfricuit *Aurelius de Januario* , ut haec immania monſtra e Forenſium pectoribus jamdiu exulare , atque ad inferos amandari debuiſſent . Ingenium ferax , amoenum , nulliſque tenebris circumfuſum aderat Viro illuſtri ; mores vero innocentiſſimi , animus integer , atque in litteras inaudita benevolentia mentis dona certatim aequabant. Sed cum nihil apud mortales diuturnum ſit , cumque bona volucri fugiant pede ; hic Vir ma-

gnus

Digitized by Google

gnus parum ſibi vixit, aliis diu; vix enim peracto aetatis anno LX., laboribus effracta valetudo ad tumulum praemature adduxit. Supereſt tamen ejus memoria, atque per litteras parta ſui nominis fama vigebit, donec Togae praetium, virtutique locus erit. (1)

Hic autem ſilentio praeterire nefas erit *Carolum Maurum*, qui ſub *Caravitae* diſciplina juventutem exegit. Hunc Regi optimo placuiſse ſcimus ob multa incrementa Aerario parta, dum ipſe Fiſci Patronus in Regio Patrimonio verſaretur. Virum diſertum, divinis, humaniſque imbutum litteris, lenique humanitate plenum demirati ſunt omnes, qui amicitia illi diſtringebantur: Neminem e ſua domo triſtem, & vacuum abire, neminem adverſae fortunae telis conflictari paſſus eſt, qui in ſui tutelam ſeſe recepiſſet. Extincti imaginem contemplati ſumus in fratris filio *Theophilo Mauro* (2); nunc vero germanis

(1) *Conſule* Joſephi Aurelii de Januario *Elogium a Marchione* Spiriteo *conſcriptum; quod ego auctor fui* Dom. Terres, *ut illius operibus nuperrime in unum collectis adnecteretur.*

(2) *De* Theophilo Mauro *vide quae ſcripſimus anno* 1764. *in Epiſtola ad eumdem; quam* Angelus Calogerà *denuo impreſſit in Opuſculorum*

nis coloribus veluti expreſſam contemplamur in *Joſepho* Marchione *Mauro*, qui primo cauſarum Patroni ſollertiſſimi nomen ſibi comparavit, nunc vero Magiſtratus decori fovendo, ac publicae utilitati ſedulus incumbit. (1) Me-

rum Vol. X 11. Venetiis edito anno 1765.; *&* *de qua honorifice locutus eſt in ſuis Litterar. monumentis Vir Cl.* Joh. Lamius *Florentinus*.

(1) *De* Joſephi *Marchionis* Mauri *humanitate*, *&* *beneficentia longum eſſet ſcribere: cultioribus emicat litteris*, *&* *jurisprudentia*; *ejus doctrinae*, *&* *eruditionis ſpecimen prodiit in Libro de* Campanis, *cujus meminit Pontificale Romanum*, *&* *Vir doctus* Joſephus Catalanus*: in forenſi certamine excelluit; ejuſque in hoc genere plurima extant monumenta: Memoria digna videtur Diſceptatio pro Roccae Principe* Philamarino,*Legato Regis Noſtri Matriti apud Hiſpanos*, *pro ſumptibus Legationis*; *dum contra adnitebatur* Vincentius Quadrimanus *Curator vacatorum*; *&* *obtinuit poſt longam contentionem tempore Juſtitii Autumnalis: Digna quoque eſt illa Pro Coeta Creditorum Ducis Laurentianae*, *cujus meminit Vir Clariſ.* Joſeph Sorge. *Non omittenda ſunt alia*, *quae notatu digna magis vi-*

Memorabo etiam, ne Viro ſollertiſſimo fraudetur Hiſtoria, *Matthaeum de Ferrante*. Fiſci Vindex acerrimus, atque Aſſertor emicuit; Praefectus autem Aerario vigilans, & expe-

videntur. Cauſa nempe Illuſtris Principis S. Angeli Imperialis, contra alium ſummi Ordinis Patricium, qui acriter petiit praeferri in emptione Feudi Alexinae, *vulgo* Leſina*: In hoc certamine obtinuit* Maurus *noſter in Regali Camera S. Clarae, atque in S. R. C., ubi res omni oeconomia ſepoſita, per tramites ſtricti juris fuit definita: Plus vice ſimplici in Foro differuit de graviſſimo Juris publici argumento; atque demonſtravit, Legatos Principum exterorum, ſubditos illi Dominio, ubi Legationis munere funguntur, ſubitos adhuc manere, inque cauſis civilibus parere juriſdictioni illius Loci, ubi degunt; idque evicit exemplo* Wiquefortii *detenti apud Batavos, quippe qui Batavo Dominio ſubditus erat. Hic quoque adnectenda Diſceptatio forenſis pro Monaſterio Monialium, vulgo* D. Regina*; qua differuit de Renunciationibus Monialium, ſuper hereditate burgenſatica Comitis Boalini: ac denique Cauſa Principis de Alcontres, ad cujus jura tuenda ſubingreſſus eſt prae-*

Google

expeditus, Regia, privataque Civium jura aequa lance penſitavit: Egregii Parentis vicit ſpem Filius, Marchio nempe *Nicolaus de Ferrante:* Illum aequus amavit Jupiter, ac mitiora ſtudia non mediocriter delectarunt: Ad Juriſprudentiam prope manuduxit Vir cum Romanae aetatis quolibet ſummo Juriſperito comparandus, *Joſeph Paſchalis Cyrillus:* Tantoque Praeceptori adoleſcens adhuc reſpondit non ſine multa felicitate; donec ad Militiae Togatae munera evectus, oſtendit, ſe univerſi Juris adyta juvante minerva penetraſſe.

Inter hos vero non diſſimulandum, caput extuliſſe,

Quan-

---

praematuro obitu germani Fratris Theophili Mauri *; dumque ſeſe parabat ad opus jam ad exitum vergens, ad Togam evectus fuit, primo Judicis M. C. Vicariæ, deinde Regii Conſiliarii. His adjicienda varii argumenti Opuſcula nitidiſſima, quae in forulis latent, ac preſertim Hiſtoricus Libellus; & alter de* Antro fatidico Sibillae Cumanae apud Lacum Avernum *pro Regali Monaſterio S. Clarae, adverſus Clariſs. Antiquarium* Jacobum Martorellium; *quae omnia publici juris faciet, ubi per graves Togae curas licebit.*

Quantum lenta ſolent inter viburna cupreſſi, *Nicolaum Fraggiannium* Marchionem. Non laterum firmitas, non ars improbis quaeſita laboribus, verum natura unice dedit Virum ſapientia, & gravitate conſilii praeſtantem. Erat is honeſto genere ortus Baruli, quae Civitas nobilis in Peucetia ſeſe attollit aeris ſalubritate, novi portus amplitudine, atque vicini maris ad commercia opportunitate. Neapolim ducitur adoleſcens, ut bonis diſciplinis erudiretur; iiſque ductu Virorum illuſtrium, qui tunc primas tenebant flagrantiſſime operam dedit. Sed cum nihil ſit in Urbe frequentiſſima ſperandum ſine Fautoribus, hinc fortuna parum ſecunda uti coepit; quemadmodum evenire ſolet iis, qui ingenium atteri non patiuntur inanibus Fori conviciis, quique altiora petentes, inter vilium negotiorum meandros elangueſcere recuſant: Anno MDCCXII. *Jo: Baptiſta Ravaſcherius* cum Germaniam petere meditaretur, ut Supremo Viennae Conſilio intereſſet, ubi tunc res Italicae agitabantur; ſecum itineris, ac ſtudiorum collegam advexit *Nicolaum Fraggiannium*: ibi ſeſe paullatim explicuit animus ingens, qui privata vivendi ratione dejectus latitaverat. Amicitia cum Viris nobilitate, & ſapientia claris inita omnium oculos in unum *Frag-*

I *gian-*

giannium convertit. Immo *Willelmus Leibnitius*, Germanicae doctrinae immortale Praeſidium, inter familiarium ſuorum coetus eundem cooptavit: indeque tanti Viri praeceptis bene inſtitutus, multa ſcripſit philoſophica, ad humanae mentis vires pertinentia; haec vero ad finem perducere, ac typis committere noluit, ſciens, aliud ingenium Orbi litterario non obſcurum in eodem pene argumento illuſtrando graviter adlaboraſſe [1]. *Ravaſcherius* tandem ſuo munere expeditus in Patriam remigravit; illoque duce *Fraggiannius* quoque rediit ex uberrima veluti bonarum artium mercatura. Sed inopinata mors, ac praematura, quae ſuo Moecenati incubuit, aliaeque inſanientis fortunae vices, eum ad priſtinae vitae genus, quod evaſerat, denuo fatis urgentibus adduxerant: Donec virtus, ac merita, de quibus rumor dilatus per Urbem, ad aures tandem CAESARIS devenerat, *Fraggiannium* Fiſci Patronum in Lucerina Provincia firmarunt: unde Regni a Secretis, in Collaterali Conſilio, quod Cancellariam vocabant, Neapoli delectus fuit. Ubi vero ad Senatoriam Dignitatem

[1] *Vir nempe doctiſſimus* Petrus Daniel Huetius, *Auctor libri: de mentis humanae imbecillitate, ut perhibent.*

tatem eveƈtus, inter XXIVviros coepit verſari, omnia ad rationis trutinam expendere, omnia e naturali lege, atque e veteri ſcripto jure, quod totum ex naturali promanat, arceſsere ſolitus erat. Moleſtam vero illam Cauſidicorum averſabatur rationem, qui a rerum judicatarum exemplis, vel Interpretum auƈtoritate unice dimoventur. Scilicet homines, ajebat, de ſenſu juris pro libitu ut plurimum cogitaſse; hominibus contra non interdici ab eorum placitos quandoque recedere, ubi nempe a reƈta ratione, atque a naturae principiis aberrare ſentiant. Neque intra haec ſtadia immorari diutius poterat mens, quae nullo limite coercebatur. Majores curae, atque ſacrum illud, periculiſque plenum Togatae Militiae munus, quod Jura ſpeƈtat Principis, ac Sacerdotii, Imperiique fines tuendos proponit, *Fraggiannium* manebant. In hoc Magiſtratu ei datum eſt promere quidquid e puris Philoſophiae, atque Juriſprudentiae fontibus in toto hauſerat curriculo ſtudiorum. Vir namque in ſinu Catholicae Romanae Eccleſiae enutritus, ac Regi Pientiſſimo devotus, Utriuſque Poteſtatis Concordiam ſummopere dilexit, ſervavit. Ecclaſiaſticae doƈtrinae peritia, Canonum intelligentia, Juriſque Naturalis, & Publici notitia, quam ſuperioris aevi Jurecon-

ſultos fertur vix a limine ſalutaſse, *Fraggiannii* pectus adeo informarunt, ut nemo illi vixerit in hoc praeſertim genere ſtudiorum comparandus. Litteratos Viros incredibili ſtudio proſequebatur, eorumque utilitati conſulens, litteraria commercia librorum, qui ab exteris Gentibus vulgantur, longe lateque promovit. Annonae Praefectus, otii dulcedine, reique frumentariae ubertate cunctos pellexit: In arduis Reipublicae muneribus, optimi Civis ne officio deeſset, corpori quietem, animoque levamen ſaepe negavit. Vir fuit parciſſimi ſermonis, quem attico ſale condiebat; ſed verborum paucitas ſententiarum pondere compenſabatur. Amicos fovebat, immo aſſiduis beneficiis cumulabat, ſciens homines hominum cauſa eſse genitos, ut alter alteri proſit. hinc noſtra communis Patria ſaepe cum lacrymis memorat *Fraggiannii* nomen, quod nulla temporum injuria, neque oblivio poterit abolere. (1)

Hi-

(1) *De* Nicolai Fraggiannii *vita, ſtudiorumque ratione quamplurimi Litteratiſſimi Viri ſcripſerunt: primo* Joſephus Carullus, *utpote Magiſtratui Regiae Juriſdictionis a Secretis, politiſſimo elogio Defunctum laudavit in Aede Aerarii Pauperum, quod Delegati nomine ille tenerat: Deinde J.*

An-

Hiſce Viris oportet adnumeremus Marchionem *Carolum Danzam* (1), atque *Joſephum Romanum*; (2) quippe qui Praetorio Praefecti dignitatem, quam S.R.C. Praeſidis vocant, multa cum laude ſuſtinuerunt. Primus Catonianam ſeveritatem praeſeferebat, ſed quam facilitas, & manſuetudo emolliret: Alter miſcens ſeria ludis,

Andreas Serraus *graviſſimo Commentario ejuſdem virtutes, & egregia facta mira quadam expoſuit latini ſermonis felicitate: acceſſit eruditus alter Encomiaſtes, atque ſubacti ingenii J. C.*, Maximilianus Muraena; *qui multa Poetarum triſtia carmina in obitu* Fraggiannii *ſcripta, collegit, ſuamque Orationem Volumini praefixit: poſtremo* Gerardus *de* Angelis *ex Minimorum Inſtituto, Oratorum aetatis noſtrae facile Princeps, tanti Viri laudibus coronidem impoſuit. Haec omnia vulgata fuerunt Neapoli anno* 1763. *ex Typ.* Simoniana.

(1) *In S. R. C. adſidet Marchio* Xaverius Danza, *Caroli F., paternis inhaerens veſtigiis a prima uſque juventute.*

[2] Romani *Filius decorat M. Curiam, Parentis optimi virtute magis, quam patrimonio heres*, Joachim Romanus, *Judex Cauſarum capitalium.*

dis, nativo quodam mentis robore, ad litium nodos extricandos, & obſcuriora quaeque noſcenda paratus erat.

Non pigebit quoque noſtro Commentario adnectere paucis abhinc annis extinctum, *Eraſmum Ulloam Severinum*. Cum eſset cauſarum Patronus, pro reis non loqui, ſed potius tonare videbatur: Scilicet haec exercitatio lapis lydius eſt vere ſubacti Oratoris; immo, teſte *M. Tullio* (1), hominem deſiderat, qui praeter legum peritiam, *omnes animorum motus, quos hominum generi rerum natura tribuit*, penitus pernoſcere valeat, pectoris humani latebras inveſtigare, artemque inſuper callere, qua Judicum affectus argumentorum vi, dicendique modis vel deprimi, vel commoveri poſſint. In hoc itaque defenſionum genere *Ulloa* noſter emicuit; ſciens, *nibil tam regium eſſe, tam liberale, tam magnificum, quam opem ferre ſupplicibus; excitare afflictos, dare ſalutem, liberare periculis, retinere homines in Civitate*. (2)

Eraſmus fratrem habuit *Nicolaum Ulloam Severinum*; qui poëtica ſtudia, & hetruſcam elo-

(1) M. Tullius *Lib. 1. de Oratore: & Fabius Quintilianus in Inſtitutionibus Oratoriis id latiſſime demonſtrarunt*.

(2) Tullius *idem Lib. 1. de Orat.*

eloquentiam proſecutus, non leve ſuo nomini decus paravit. Sed artificioſa nimis cura in delectu verborum, qua ſaepe trahebatur, ad inane ſcribendi genus, tumidum nempe, ac obſoletum detorſit [1]. Scilicet longa barbaries, quae ſub tranſacti ſaeculi initia univerſam pene Italiam pervaſit, multa ſemina reliquit, ac plurima ingenia ſequiori aevo, licet politiſſimo foedavit. Hoc triſte fatum ſubivit *Balthaſar Piſanus* J. C., qui & noſtro in Commentario locum habebit: Hujus Viri multa opera circumferuntur, partim poëtica, partim oratoria; ſed vix digna ſunt ut iterum legantur (2). Ut vero ad *Ulloam* redeamus; *Eraſmo*, fateamur oportet, aemulum extitiſse *Antonium Vidmannum*. Hic *Vincentium* Patrem, quem ſupra laudavimus, niſi eruditione, ſaltem forenſi diſciplina facile ſuperavit. *Ulloae*, atque *Vidmanno* pauci quidem ſucceſserunt in peculiari illa diſputationum forenſium parte, quae crimina attingit; nullumque praeſtantiorem fuiſse ſcimus *Franciſco Surrentino*, ejuſque alum-

[1] Nicolai Ulloae *extat Opuſculum, quod inſcribitur:* Lettere erudite &c.: *extant quoque poetica multa ſparſim edita*.

(2) *De* Piſano, *deque ſuis ſcriptis conſule* Gimmam *in ejus Elogio Tom. I. pag.* 337.

alumno *Nicolao Pirellio*, Viro diſertiſſimo; cujus vitam Superi ad communis Patriae decus quam longiſſime ſervent (1).

Antequam vero ulterius progrediamur, duo nobiliſſima ingenia in medium afferre juvabit, *Nicolaum Arduinum* (2), *& Blaſium Troyſium*, in Re-

(1) Nicolaus Pirellius, *Pericles alter noſtri temporis, ſeſe extulit ingenio, atque robuſtiori facundia inter omnes cauſarum capitalium Patronos; itaut primum* Advocati Pauperum *munere functus ſit, deinde* R. Auditoris Exercituum *(ut loqui amant); quod munus implet ſumma cum lenitate, & prudentia.* Franciſcus *vero* Pirellius, Nicolai *frater ſcripto magis polluit, quam linguae, & vocis munimine; majoremque ſibi gloriam paraſſet, niſi adverſa obſtitiſſet valetudo. Noſtra autem laude non eget* Pirellii *Schola, Viris doctis referiſſima; neque a ſilentio noſtro detrimentum capiunt omnes ii, qui laudatum Oratoriae artis genus colentes, in Foro nunc multa cum laude verſantur.*

[2] *De* Arduino; *deque ejus Socratico vivendi genere, ſaepe graviter mecum locutus eſt, cum Aeſerniae eſſem, Vir politus,* Petrus Antonius Pitocchius, Januarii *F. Medici, & Philoſophi acutiſſimi.*

in Regia Academia ſpectatiſſimos legum Profeſsores : quibus adſcribere non pigebit *Franciſcum Chellium*, in re Canonica adprime verſatum (1). Hos magnopere fovebat immortalis memoriae Praeſul, *Coeleſtinus Galianus*, tunc Gymnaſii Praefectus. Nec parva iiſdem laus fuit, laudari a Viro laudatiſſimo, qui diſciplinas omnes intime noverat, omneſque earundem Cultores egregios ſtudio incredibili proſequebatur [2].

(1) *De* Troyſio, *&* Chellio, *conſule*, *ſi lubet*, *J.* Joſephum Oriliam Paulinum *in Hiſtor. Gymnaſii Neapolitani. Tom. II. Neap.* 1755.

(2) *Id unicuique fama compertum eſt* : Joſephus Paſchalis Cyrillus, *Oratione habita in Regia Academia Neapolitana anno* 1732., *quam* Felix Moſca *impreſſit Neapoli eodem anno; nobile ſane de hoc profert teſtimonium verbis auro contra non caris* : Habetis (*ait Vir magnus*, *tunc celeberrimi nominis adoleſcens*) Praefectum Coeleſtinum Galianum, qui & bonarum artium ſtudia inſtauravit, & ſpem injicit, futurum tandem, ut ad priſtinam dignitatem aſſurgant. *Haec* Cyrillus *noſter de* Coeleſtino; *quid vero nos addemus de* Galianis *Fratribus*, Matthaei *Filiis*, *tanto Patruo non indignis*?

De *Marco Mundio*, deque *Baſilio Forloſia*, quorum fatis nosmetipſi interfuimus, ſcribere latius oportebit. *Mundius* natus erat in Oppido Caputriſianorum [3], quod in agro jacet campano, ſoli ubertate, ac benigna coeli temperie non obſcurum. Neapolim advectus, *Auliſio* duce, legum ſtudio vacavit; deinde ſecutus *Matthaeum Aegyptium*, tanti Viri exemplo, ad ſacrae Antiquitatis recondita ſtudia animum appulit: hinc ſumma ingeniorum inter eos concordia, amicitiam bene ſartam magis magiſque firmavit. Cumque *Aegyptius* Epigrammata publicis, privatiſque operibus inſcribenda, pangere ſolitus eſset; mos idem, ſimiliſque ratio ſcribendi a juvenilibus annis *Mundium* inflammavit; itaut omne eruditio-

Berardus *Marchio*; *Vir ingenio ad omnia verſatili clarus*, *ob* Vitruvianam *Verſionem Reipublicae litterariae acceptiſſimus vivit*: Ferdinandus, *vivido atque acri pollens ingenio*, *qui mores multorum vidit*, *&* *Urbes*, *jamdiu innotuit Europae cultiori*; *in Civitate vero noſtra Regii Conſiliarii ſedem occupat in Suprema Magiſtratus*, *ſive Commercii Curia*.

[1] *Vulgo apud nos* Capodiriſo.

ditionis genus colendum ſuſceperit, multaque ſcripſerit in re lapidaria, quae ſimplicitate, ac Romani ſermonis lepore, non modo *Aegyptii* conatus exſuperant, verum & illis comparari poſse videntur, quae Viri doctiſſimi e vetuſtis marmoribus exſcribenda curaverunt. Haec itaque nova inſtitutio ita arciſit *Mundio*, ut a forenſibus curis paullatim diſtinuerit. Antiquitatis namque lenocinio captus, cum fedus nullum agnoſceret eſse inter haec mitiora ſtudia, & vitam ſatis duram, atque contentioſam, quam in Foro trahere neceſse eſt; eam omni ſepoſita ambitione relinquere, & ad otia domeſtici ruris tranquille ſecedere ſatius putavit: Vitae ruſticae voluptate, deliciiſque fruebatur, quae nunquam ab incoepto ſtudiorum curriculo divellere potuerunt. Hetruſcum idioma flagrantiſſime coluit, plurimiſque vocibus auxit, magno Vocabulario adijciendis. Inchoatum vero opus, quod caſtiſſimae linguae fontes aperire melius potuiſſet, partim otii inopia, partim nimia ſeveritate abſolvere nequivit. *Mundio* namque, acerrimo ſui ipſius cenſori, id ſollemne erat, ſaepe ſtylum vertere, ſcripta multos in annos premere, caſtigare, nilque aliud abſolutum, perfectumque credere, niſi quod multa litura coërcuiſſet. Haec jucundiſſima ſtudia, quae teſte M. *Tul-*

lio [1], *juventutem alunt*, *ſenectutem oblectant*; *ſecundas res ornant*, *adverſis perfugium*, *ac ſolatium praebent*; *non impediunt foris*; *pernoctant nobiſcum*, *peregrinantur*, *ruſticantur*; *Mundio* tandem profuerunt, ubi primum negotiis publicis eſt admotus: virtutis enim, & ſapientiae fama egregios Viros conſectatur, licet ipſi eam fugiant, a virtute ſola praemium petentes; hinc *Mundius* nihil tale ſciens, unanimi Ordinis, Populique noſtri conſenſu delegitur a Secretis quinque Decurionibus Excellent. Civitatis. In eoque munere prope octogenarius deceſſit. Poſt ejus fata, Opuſcula varii argumenti prodierunt in lucem cura Juvenis eruditiſſimi, *Franciſci Danielis*; qui Defunctum non proſecutus ignavo queſtu, ſed memoriae gratus Amici deſideratiſſimi, ea, *veluti diſcerpti membra Poëtae*, in unum collegit, ſuiſque Praeludiis adornavit (2).

Mun-

(1) *Orat. pro* Archia Poeta.

[2] *Opus* Mundii *poſthumum inſcribitur*: *Opuſcoli di* Marco Mondo, *Segretario dell' Eccellentiſſima Città di Napoli*: *Neap.* 1763. *typis* Simon. *Opuſcula ſunt*: Le Nozze: Commedia: Iſcrizioni: Rime. *Ibi lege quaeſo*

Epi-

Mundio noluit aſsentire *Baſilius Forloſia*: Hic *Franciſci de Honuphrio* Regii Conſiliarii, quem ſupra collocavimus, fuit alumnus. Sed cum *Petri Jannonii*, atque *Alexandri Riccardi* amicitiam coluiſſet; litteris haebraicis, graecis, atque latinis imbutus in Forum proceſſit. Quamvis autem ingenii calor ei natura defuiſſet, tamen ſuaviter loqui ſciebat, nec ſine multo conſilio cauſarum patrocinia moderari. Hujus Viri circumferuntur non modo Orationes forenſes, quae Doctis probantur, ſed varia quoque Opuſcula graecis, latiniſque numeris adſtricta; quae laudare ſolebat *Jo: Baptiſta Vicus*, de quo ſupra diſſeruimus, Vir ad juventutem erudiendam, atque

Epiſtolam ad Lectorem Franciſci Danielis; *ac teſtimonia multa Doctorum Hominum de* Marco Mundio; *inter quae praeſertim conſule locum* J. Joſephi Oriliae Paulini *in Hiſtor. Gymnaſii Neapolitani Vol. II. Neap.* 1755. : *Epiſtolam* Gerardi de Angelis *ex Minimorum Inſtituto*, *ad nos datam* : *ac denique Hendecaſyllabos* Franciſci Siviliae *J.C.*; *cujus praematuro obitu amiſimus Catullum noſtra aetate redivivum*.

Google

atque honeſtis laudibus inflammandam unice natus (1).

Forloſiae adjiciendus Vir, quo nobis familiariter uti datum eſt, *Alexius Nicolaus Roſſi*. Liberale huic erat ingenium, politioribuſque litteris eruditum: hetruſcae praeſertim linguae veneres tanta ſedulitate conquiſiverat a prima adoleſcentia; ut inter ſua ſcripta, quae proveſtiori aetate, vel ſoluta, vel ligata oratione concinnavit, & ea quae ſeculo XV. magis viguerunt, nullum prope diſcrimen intercedat. Nec ei defuit Juriſprudentiae gloria; quinimmo legum peritia, morumque honeſtas ad Provinciale Auditoris munus evexerunt, deinde ad Fiſci Patroni dignitatem: Vir ſapiens, in utraque fortuna bene praeparatum pectus, aequam vero mentem rebus in arduis conſtantiſſime ſervavit. Primum *Alexius* noſter *Philippi Anaſtaſii*, Archiepiſcopi Surrentini, Oratoris, ac Poëtae celeberrimi hetruſca varii argumenti carmi-

(1) *De* Forloſia *plura nobis retulit* Didacus Maſellius, *J. C. Aeſernienſis*, Felicis Antonii *Viri Clariſſimi, deque Patria inſigniter meriti Filius; quippe qui ſub ejuſdem* Forloſiae *diſciplina vacavit Juriſprudentiae*.

mina collegit, typiſque donavit: Poſtea Diſſertationum duo Volumina in lucem emiſit, quibus multa ad Neapolitanam Hiſtoriam pertinentia illuſtravit [1].

A noſtro autem Commentario non excludetur *Matthaeus de Sarno*, Regii Fiſci Patronus; quippe qui ſummo erga litteras, ac litteratos Viros ſtudio ferebatur. Ejus tardam ſenectutem recreavit memoria ſane jucunda bene anteactae adoleſcentiae. Cui non dicta *Sarniana Bibliotheca*, ſelectiſſimis libris refecta, quae bonarum artium Cultoribus patuit, quaeque potius Academia Virorum illuſtrium erat appellanda? Hereditarium Parentis optimi Muſeum cuſtodiunt Filii, qui & domeſtica virtutum exempla magis cuſtodire, ſibique ad imitandum proponere in deliciis habuerunt

Sed

[1] *Opus inſcribitur: Delle Diſſertazioni di* Aleſſio Niccolò Roſſi *intorno ad alcune materie alla Città di Napoli appartenenti. Vol. I. e II. Neap. anno* 1758. *ex Typographia* Mutiana. *Ejuſdem quoque Auctoris inedita multa ſervantur apud* Matthaeum Preſtium *J. C.; inter quae magis elucent hetruſca poëmatia incredibili nitore conſcripta; Haec fortaſſe ſi ederentur, Italicae Poëſi decus adderent immortale.*

atque honeſtis laudibus inflammandam unice natus (1).

Forloſiae adjiciendus Vir, quo nobis familiariter uti datum eſt, *Alexius Nicolaus Roſſi*. Liberale huic erat ingenium, politioribuſque litteris eruditum: hetruſcae praeſertim linguae veneres tanta ſedulitate conquiſiverat a prima adoleſcentia; ut inter ſua ſcripta, quae proveĉtiori aetate, vel ſoluta, vel ligata oratione concinnavit, & ea quae ſeculo XV. magis viguerunt, nullum prope diſcrimen intercedat. Nec ei defuit Juriſprudentiae gloria; quinimmo legum peritia, morumque honeſtas ad Provinciale Auditoris munus evexerunt, deinde ad Fiſci Patroni dignitatem: Vir ſapiens, in utraque fortuna bene praeparatum peĉtus, aequam vero mentem rebus in arduis conſtantiſſime ſervavit. Primum *Alexius* noſter *Philippi Anaſtaſii*, Archiepiſcopi Surrentini, Oratoris, ac Poëtae celeberrimi hetruſca varii argumenti carmi-

(1) *De* Forloſia *plura nobis retulit* Didacus Maſellius, *J. C. Aeſernienſis*, Felicis Antonii *Viri Clariſſimi*, *deque Patria inſigniter meriti Filius; quippe qui ſub ejuſdem* Forloſiae *diſciplina vacavit Juriſprudentiae*.

mina collegit, typiſque donavit: Poſtea Diſſertationum duo Volumina in lucem emiſit, quibus multa ad Neapolitanam Hiſtoriam pertinentia illuſtravit [1].

A noſtro autem Commentario non excludetur *Matthaeus de Sarno*, Regii Fiſci Patronus; quippe qui ſummo erga litteras, ac litteratos Viros ſtudio ferebatur. Ejus tardam ſenectutem recreavit memoria ſane jucunda bene anteactae adoleſcentiae. Cui non dicta *Sarniana Bibliotheca*, ſelectiſſimis libris refecta, quae bonarum artium Cultoribus patuit, quaeque potius Academia Virorum illuſtrium erat appellanda? Hereditarium Parentis optimi Muſeum cuſtodiunt Filii, qui & domeſtica virtutum exempla magis cuſtodire, ſibique ad imitandum proponere in deliciis habuerunt

Sed

[1] *Opus inſcribitur: Delle Diſſertazioni di* Aleſſio Niccolò Roſſi *intorno ad alcune materie alla Città di Napoli appartenenti. Vol. I. e II. Neap. anno* 1758. *ex Typographia* Mutiana. *Ejuſdem quoque Auctoris inedita multa ſervantur apud* Matthaeum Preſtium *J. C.; inter quae magis elucent hetruſca poëmatia incredibili nitore conſcripta; Haec fortaſſe ſi ederentur, Italicae Poëſi decus adderent immortale.*

Sed haec Gens noſtra non eget laude, cum luculentiſſimo Viri immortalis, *Antonii Genuenſis* teſtimonio meruerit ornari [1].

Praeterire autem hic ſine piaculo nequimus duo Senatus noſtri columina, paucis abhinc annis de medio ſublata, *Franciſcum Carforam* (2), atque *Honuphrium Scaſſam*, quibus non defuit ingenii gloria, atque eximiae probitatis fama. Hos pone ſequebantur complures Viri conſultiſſimi, quorum nomina referre longum eſſet. Agmen itaque eorundem claudet Vir conſummatiſſimi in Foro judicii, quique merito omnium Anteſignanus appellari poteſt, *Joſephus Sorge*. Helluo immanis librorum, Neapolitanae juventutis, quae frequentiſſima ad Forum venit, commodis magnopere conſu-

(1) *Vide Elementa Artis Logico-criticae* Antonii Genuenſis *in Reg. Neap. Academia Philoſophiae Profeſſoris*: *edit.* 2. *Neap. anno* 1749. *ex typis* Geſſari: *ibi conſule Epiſtolam Nuncupatoriam* Matthaeo *de* Sarno, *volumini praefixam*.

(2) Franciſci Carforae, *Regii Conſiliarii doctrina, morumque probitate ſpectatiſſimi, imaginem praefert* Carolus Carfora, *Fratris filius*, *J. C. graecis, atque latinis litteris imbutus*.

fulſit; indeque voluminum vaſta congerie Bibliothecas auxit, quibus omnia pene controverſi Juris argumenta in medium attulit, omnesque nodos accurate reſolvit.

UT vero Commentarius noſter eo ordine procedat, quem ab initio conſtituimus, neceſſe erit nunc breviter illos attingere Jureconſultos, qui aut fato erepti ſunt, aut ſuperſunt, quique ad Scholas pertinent Virorum illuſtrium jam ſupra laudatas. Hanc methodum ſervare juvabit, ne Reſpublica, quae Praeceptores novit, poſtea fraudetur Claris Alumnis, eorumque merita ignoret. En igitur nova ſeries Jureconſultorum, qui magnis tranſacti ſaeculi Viris in Urbe noſtra ſucceſſerunt; quam uno intuitu inſpiciendam proponere eſt animus.

Ac primo memoriae proditum eſt, *Petri de Fuſco* diſciplinam ſecutos *Ludovicum Paternum*, *Simeonem Salazarium*, duosque Franciſcos, *Guerraſium* nempe, & *Giannettaſium*.

Paternus, Vir frugi, ac moribus antiquis praeditus fuit. Oratorum aetatis ſuae facile Princeps emicuit; immo ſaepe in cauſarum patrociniis palmam praeripuit *Cajetano Argen-*

tio;

tio; qui uti *M. Tullii* verbis utar, in judiciis regnare conſueverat. Ejus merita ad Praefecti Aerario Dignitatem evexerunt; quo in munere tam bene ſeſe continuiſſe *Paternum* ſcimus, ut jura Principis ſarta tecta ſervaverit, ſimulque privatorum nemini diſplicuerit (1). *Salazarius* rei Feudalis peritia multis anteire viſus eſt, dum cauſarum Patroni munere fungebatur; poſtea inter XXIVviros adſcitus, graviſſimi Senatoris partes mirifice implevit (2).

Guerraſius non impar *Salazario* fuit, immo

(1) Ludovici *Filius jamdiu occupat ſubſellia Togatorum*, *Marchio nempe* Laurentius Paternò, *Praeſes Regiae Camerae* (*ut loqui amant*) *vigilantiſſimus*.

(2) Salazarii *Alumnus floruit*, *Vir politioribus litteris*, *atque Juriſprudentia imbutus*, Franciſcus Antonius Thalamus *Neapolitanus*, *cujus inedita multa ſervantur apud heredes*: *Diatriba nempe de Feudali Jure*: *Oratio pro Invictiſſimo* CAROLO III.; *atque alia varii argumenti Opuſcula*. *Praeter haec multa extant forenſia ſcripta typis pro-uſa*, *quae memorat in Epitome ſui Parentis Vitae* Lucas Ant. Thalamus *J. C.*

mo in S. R. C. juri dicundo operam dedit magna virtutis, & prudentiae fama (1).

Giannettaſius denique non obſcuri nominis Jureconſultus habebatur; ejusque forenſia ſcripta eruditionis variae luminibus conſperſa fatentur optimi rerum aeſtimatores; neque illepida ſunt hetruſca Poëmatia, quae *Giannettaſio* jam ſeneſcente prodierunt in lucem (2).

Baſilius Jannillus magnopere dilexit, inter

(1) *Sub* Guerraſii *diſciplina multum ſe profeciſſe fatetur* Philippus Perrinus, *affinis noſter. Hic a prima uſque juventute laborioſam vitam egit in Foro, atque honeſto Viro dignum; nuperrime autem claruit duobus cauſarum patrociniis magni momenti: quarum una eſt pro univerſo Nautarum Coetu contra Monaſterium DD. Petri & Sebaſtiani; altera pro Regio Fiſco contra* Arrendamentum (*ut loqui amant*) *aſſium* 15. *pro quolibet olei modio. Vide utrumque Commentarium publici juris factum, ſi* Perrinum *noſcere, ejusque doctrinam inſpicere volupe erit.*

(2) *Haec multis ab hinc annis collegit* Hieronymus Letterius *J.C., qui* Giannettaſio *duce, Fori ſtudiis vacavit.*

que ſuos alumnos cariorem habuit *Marcellum Papinianum Cuſanum*. Hic primum in Regia Studiorum Academia Canones docuit; deinde in Gymnaſio Taurinenſi legum Profeſſor, *Victorii Amedaei*, Sardiniae Regis potentiſſimi, ac Subaudiae Ducis, qui magna nominis celebritate inter omnes Europae Principes tunc ferebatur, benevolentiam ſibi conciliavit: poſtremo ſuae virtutis commendatione ad Panormi Archiepiſcopalem Cathedram evectus fuit. Ab ea vero cum ſe ultro abdicaſſet, animi tranquillitatem bonis omnibus anteponens, ad privatam ſe contulit vivendi rationem; ita ut à curis procul, atque negotiis, incommoda aegrae ſenectutis, quae & ipſa morbus eſt, non aegro animo tulerit. Amicitia ſanctius nihil eſſe putavit; indeque litteratos Viros coluit, quos a prima juventute ſibi ſtudiorum foedere conjunxerat. Octogenarius vita diſceſſit; ejusque fatum triſte fuit Amicis, non ipſi, Viro ſapienti: *Mortem*, namque Tacitus ajebat, *omnibus natura aequalem, oblivione apud poſteros, vel gloria diſtingui* (1).

Ni-

(1) *De* Cuſani *laudibus conſule Orationem habitam in Academia Panormitana à*

Vi-

Nicolaus Caravita primo inſtituendum ſuſcepit *Xaverium Panſutum*, de quo ſupra diſſeruimus; deinde *Alexandrum Riccardum*, & *Auguſtinum Arianum*, Parentem noſtrum.

Riccardus hetruſcae linguae notitiam ingenti ſtudio paraverat; omneſque illius Scriptores, quamvis tumidos, ac obſoletos contemplari, ſibique ad imitandum proponere ſolitus erat: unde *Riccardi* ſcripta neſcio quid redoleant nimis antiquum, durum; atque a facilioris ſtyli puritate alienum; id quod vitio tribuendum putavit *Phavorinus* philoſophus apud *Gellium* (1), adoleſcenti *veterum verborum cupidiſſimo, & pleraſque voces nimis priſcas, & ignotiſſimas in quotidianis communibuſque ſermonibus expromenti*. Sed hoc leve *Riccardi* vitium; quod ei partim natura inſevit, partim inſtitutio mala, multae ſane virtutes, ingeniique dotes emendabant. Juriſpru-

Viro cultiſſimo, & eloquentiſſimo Alphonſo Airoldio, *Patricio Siculo; cujus honorifice meminit* Gerardus de Angelis *ſuorum Operum Parte III. in Epiſtola ad* Joſephum Palmerium *J. C.*

(1) Aulus Gellius *Noctium Atticarum Lib. I. Cap. X.*

prudentiam, qua latiſſime patet, probe callere ſtuduit; hinc ſummopere claruit acerrima contentione habita cum *Carolo Majello*, Viro undecumque doctiſſimo, qui Romae poſtmodum Archiepiſcopi Emiſſeni, atque Vaticanae Bibliothecae Praefecti munus obivit (4). Hiſce meritis juvantibus, *Riccardus* noſter facile ſeſe immiſcuit numero illorum, qui in re litteraria tunc primas tenebant: Amicitia vero inita cum *Petro Jannonio* Neapolitano, atque *Scipione Maffejo* Veronenſi, magno Italicae eruditionis ornamento, ejus nomen auxit, exterisque gentibus commendavit; cumque ipſe Germaniam peregrinandi ſtudio petiiſſet, CAROLUS Leopoldi F. Imperator, Auguſtae Bibliothecae Praefectum ſalutavit; inde Regentis, ac Fiſci Patroni munere in Supremo [illegible] Hiſpa-

(4) Alexandri Riccardi *animadverſiones in rem Beneficiariam ſtrenuiſſime confutavit* Majellus *ſub nomine Eccleſiae Neapolitanae, Opuſculo edito, cui tit: Regni Neapolitani erga Petri Cathedram Religio adverſus calumnias Anonymi* (Riccardi) *vindicata: anno* 1708. *Vide Epiſtolam nuncupatoriam Opuſculo praefixam, cujus nobis copiam fecit Vir eruditus* Dominicus Pullus J. C.

Hiſpaniarum Conſilio decoravit; ibique optimi Senatoris tam bene partes implevit, ut Auguſtiſſimi Caeſaris gratiam captaverit, eoque familiariter uti conſueverit. Sed ingenua indoles, ac veritatis amor, quo ſaepe ad nimis libere ſentiendum, loquendumque rapiebantur, graves inimicitias, ac inteſtina odia ipſimet paraverunt, immo denique mortem praematuram, ſi mendax non loquitur fama. Adeo verum eſt, quod ajebat *Eraſmus*: *magnam ſimultatum partem inter homines naſci ex linguae intemperantia* (1). Extinctum publice laudavit funebri Oratione habita *Franciſcus Rapolla*, clariſſimi nominis Orator, atque Jureconſultus, de quo ſupra mentionem injecimus (2).

Arianus ad prima Fori veſtibula ſeſe adduci paſſus eſt a *Nicolao Caravita*; cumque

(1) Deſ. Eraſmus *in Colloquiis pag.* 314.

(2) Riccardus *obiit Veronae, Neapoli Vindobonam rediens IV. Kal. April.* 1726.: *De ſuis laudibus conſule* Apoſtolum Zenum *in Epiſt. tom.* 2. *num.* 15. 43. 84. 156.: & *Vitam* Petri Jannonii *editam anno* 1766. *pag.* 68. & 69., *atque praemiſſam Operibus poſthumis ejuſdem*.

que natura hominis adoleſcentis ingenium altiora peteret ; hinc a forenſi pugna paullatim receſſit : Rei philoſophicae , & mathematicae totus incubuit ; hujuſque Diſciplinae Cathedram in Lyceo noſtro principem conſcendit quinto aetatis ſuae luſtro nondum expleto ; quantum vero in ea profecerit , ſatis liquet a ſuis Auditoribus , qui Matheſim nunc publice profitentur ; quique haec nobiliſſima ſtudia *Ariano* auſpice promota fuiſſe teſtantur : hinc mens geometrica ei praeſto ſemper fuit , quam *Plato* divinus commendare ſolebat ; ejusque ope diſciplinas omnes cum Juriſprudentia miro quodam foedere conſociavit , ac Regio Patrimonio , dum Fiſci Procurator eſſet , magnopere conſuluit. Anno MDCCXLVIII. ſupremum diem clauſit , bonis omnibus moerentibus , nec ſine luctu publico. Vir honeſtus, & qui vitam egit Philoſopho Chriſtiano dignam , ſprevit opes , & ingenium , filiisque domeſtica virtutum exempla loco ampliſſimi patrimonii reliquit (1).

E lu-

(1) Auguſtini Ariani *J. C.*, *Mathematum in Lyceo Neap. Profeſſ. Prim.* , *deinde Fiſci Regii Procuratoris* , *ac M. C. V. Judicis Vitam ſuperioribus annis deſcripſimus hortante*

Viro

E ludo *Cajetani Argentii* prodierunt *Johannes Antonius Caſtagnola*, *Dominicus Brunus*, atque *Antonius Maggioccus*; qui omnes per auguſtius iter incedentes, bona ſtudia contemnere noluerunt. *Caſtagnola* ſubactiſſimi ingenii Jureconſultus, aequi juſtique amator fuit; cumque utriuſque noſſet fines, & munera, utrumque noverat in explicandis conſiliis temperare, ne alterum alterius fines invaderet, ac ſive Caſſiano rigore, ſive nimia benignitate peccaretur. Pro *Philippi V.* ad Hiſpaniarum Regna ſucceſſione eo ſcripſit doctrinae, atque argumentorum impetu, & copia; ut *Seraphini Biſcardi*, *Amati Danii*, aliorumque gloriam fuerit aemulatus, qui in idem argumentum graviſſime diſſeruerunt (1). *Brunus* facundia praeſtitit non vulgari; immo in

M caufis

Viro litteratiſſimo, Alexandro Maria Kalaephato, *Sacrae Primatis Eccleſiae Barienſis Canonico*, ac *Regio Profeſſore*: *eadem publici juris fiet cum philoſophicis*, & *poëticis* Ariani *Opuſculis*; cum Numina laeva ſinent.

(1) Caſtagnolae, *Senatoris graviſſimi in Regali Camera S. Clarae*, *Filius*, *Marchio nempe* Joſephus Caſtagnola *nuper e vivis diſceſſit Judex M. C. Vic.* (*ut loqui amant*).

que natura hominis adoleſcentis ingenium altiora peteret; hinc a forenſi pugna paullatim receſſit: Rei philoſophicae, & mathematicae totus incubuit; hujuſque Diſciplinae Cathedram in Lyceo noſtro principem conſcendit quinto aetatis ſuae luſtro nondum expleto; quantum vero in ea profecerit, ſatis liquet a ſuis Auditoribus, qui Matheſim nunc publice profitentur; quique haec nobiliſſima ſtudia *Ariano* auſpice promota fuiſſe teſtantur: hinc mens geometrica ei praeſto ſemper fuit, quam *Plato* divinus commendare ſolebat; ejusque ope diſciplinas omnes cum Juriſprudentia miro quodam foedere conſociavit, ac Regio Patrimonio, dum Fiſci Procurator eſſet, magnopere conſuluit. Anno MDCCXLVIII. ſupremum diem clauſit, bonis omnibus moerentibus, nec ſine luctu publico. Vir honeſtus, & qui vitam egit Philoſopho Chriſtiano dignam, ſprevit opes, & ingenium, filiisque domeſtica virtutum exempla loco ampliſſimi patrimonii reliquit (1).

E ſu-

(1) Auguſtini Ariani *J. C.*, *Mathematum in Lyceo Neap. Profeſſ. Prim.*, *deinde Fiſci Regii Procuratoris*, *ac M. C. V. Judicis Vitam ſuperioribus annis deſcripſimus hortante*

Viro

E ludo *Cajetani Argentii* prodierunt *Johannes Antonius Caſtagnola*, *Dominicus Brunus*, atque *Antonius Maggioccus*; qui omnes per auguſtius iter incedentes, bona ſtudia contemnere noluerunt. *Caſtagnola* ſubactiſſimi ingenii Jureconſultus, aequi juſtique amator fuit; cumque utriuſque noſſet fines, & munera, utrumque noverat in explicandis conſiliis temperare, ne alterum alterius fines invaderet, ac ſive Caſſiano rigore, ſive nimia benignitate peccaretur. Pro *Philippi V.* ad Hiſpaniarum Regna ſucceſſione eo ſcripſit doctrinae, atque argumentorum impetu, & copia; ut *Seraphini Biſcardi*, *Amati Danii*, aliorumque gloriam fuerit aemulatus, qui in idem argumentum graviſſime differuerunt (1). *Brunus* facundia praeſtitit non vulgari; immo in

 cauſis

Viro litteratiſſimo, Alexandro Maria Kalaephato, *Sacrae Primatis Eccleſiae Barienſis Canonico; ac Regio Profeſſore: eadem publici juris fiet cum philoſophicis, & poëticis* Ariani *Opuſculis*, cum Numina laeva ſinent.

(1) Caſtagnolae, *Senatoris graviſſimi in Regali Camera S. Clarae, Filius, Marchio nempe* Joſephus Caſtagnola *nuper e vivis diſceſſit Judex M. C. Vic. (ut loqui amant)*.

cauſis orandis uberrimo ſermone, ſuaviterque fluenti utebatur. Regii Conſiliarii munus obivit ſummo cum plauſu; ejusque ſolidam mentem, nec ingruentis periculi metus, vel potentiorum minae, nec quantocumque compendii ſpes quatere potuerunt.

Maggioccus honeſta vivendi ratione, bonis moribus, atque doctrina Foro magis conſentanea in Patroni cauſarum munere, atque in ſummo Togatae Militiae gradu, non modo nemini incommodare, ſed & omnium amorem beneficiis demereri ſtuduit. Defunctum diutius collacrymarunt Saebethides Muſae; earumque Cultores egregii Acta funeris, Epicedia, aliaque id genus triſtia carmina illius dicare nomini, meritisque operae pretium duxerunt (1).

Argen-

(1) *Haec omnia in unum collegit, typisque edenda curavit Vir Cl.* Johan. Antonius Sergius *J. C.*: *Volumen inſcribitur*: *Ultimi officj di onore alla memoria del Sig. D. Antonio Maggiocco Conſigliere del Sacro Regio Conſiglio, e della Real Camera di S. Chiara*: *Neap. typis* Moſca 1749: *ibi conſule praeſertim Epigrammata* Blaſii Troyſii, *doctiſ-*

Argentio affinitate diſtringebatur *Franciſcus Ventura*. Hic tanto ductus ab Archetypo, illius virtutem retuliſſe hereditario quodam jure viſus eſt. Summa animi moderatione nihil ſibi adrogavit, honores nec ambitioſe appetiit, nec delatos ſuperbe recuſavit: ad negotia vero gerenda minus juris ſubtilitates, quam bonam mentem, bonumque animum attulit, publicam in omnibus utilitatem privatis commodis anteponens. In Collaterali Conſilio Regiam Cancellariam Regens primo verſatus fuit; deinde ſub CAROLO BORBONIO Rege Potentiſſimo, cum nova orta eſſet Curia, ad Negotiatorum controverſias ex aequo & bono dirimendas, ne cum rei publicae, & privatae detrimento bona Commerciorum labaret fides; eidem Praefectus *Ventura* fuit ab REGE optimo deſignatus. Huic vero Curiae, quam Magiſtratus, ſive Commercii appellarunt, poſt *Venturae* fata praefuit *Dominicus Caravita*; nunc vero *Johannes Bapti-*

M 2 *ſta*

ctiſſimi legum Profeſſoris in Gymnaſio Neapolitano; atque Elegiacum Carmen Auguſti aetate dignum; Marii de Magiſtris Viri Clariſſimi, qui nos erudivit humanioribus litteris, & eloquentia,

ſta Jannuſius, Vir ſumma integritate, eximia doctrina, aliisque animi dotibus magnopere ſuſpiciendus (1).

Cajetani Argentii diſciplinam ſecutos pariter fuiſſe ſcimus, *Jo: Dominicum Albarellam*, & *Carolum Arvonium*. *Albarella* ſcriptis polluit, ejusque opera aliquot forenſia circumferuntur. *Arvonius* contra arduis quibusque negociis admotus, Viri prudentiſſimi nomen reliquit Reipublicae; filiis vero bene partas opes ad ſolidae virtutis incitamentum (2).

Thomas Mazzaccara Filium reliquit egregium, qui a paternis veſtigiis, atque a domeſtico exemplo ne latum quidem unguem receſſit: Is nimirum eſt *Joſephus Maria*

(1) *De* Jannuſio *vide Epigrammata* Pauli Mocciae *in Regio Neapolitano Ephebeo Eloquentiae Profeſſoris, quae extant in ejuſdem Epiſtolarum Volumine*: *Neap. anno* 1764. *ex typ.* Simon. *pag.* 88. *&* 89.

(2) *De* Arvonio *plura nobis retulit Vir bonis moribus, eloquentia, & ſagacitate Ordini Senatorio acceptiſſimus*, Carolus Rhò Confalonius *J. C.*, *qui ſub illius ductu ad Forum venit*.

ria Mazzaccara , Clariſſimus noſtri aevi cauſarum Patronus . Aliena laude non eget , qui non lumine alieno , ſed ſua virtute coruſcat.

Nicolai de Afflicto praeceptis , atque inſtitutioni plurimum ſe debuiſſe profitetur *Joſephus Cataneus* , Vir conſilio plenus , maturitate , prudentia , totque editis in Foro Commentariis ſpectatiſſimus .

Ferdinandi Camerotae curis plurimum debuit *Caeſar Boſcus* , qui in cauſis agendis non mediocri laude uſus eſt ; in Togata vero Militia nativo quodam praeſtitit ingenii acumine , ac pectoris firmitate (1) . *Boſcus* idem in Regii Conſiliarii munere ſocium pene adduxit *Ferdinandum Porcinarium* , ex Patricia Aquilana Gente editum . Vir temperans , juſtus , fortis , prudens, illos noluit imitari, qui in ſummo honorum culmine , ſupra hominem poſitos ſe eſſe rati , omnia in hominem ſibi licere putant , illuſtres cupiditatum ſervi; ſed jus ſuum cuique tribuere , pro conſer-

(1) Camerotae *Regii Conſiliarii prudentiſſimi Filius adhuc vivit* , Joſephus Camerota *JC.* : *De laudibus ejuſdem* Camerotae *conſule librum cui tit*: *Varj componimenti in morte del R.Conſ.D.Ferdinando Camerota:Firenze1728.*

ſta *Jannuſius*, Vir ſumma integritate, eximia doctrina, aliisque animi dotibus magnopere ſuſpiciendus (1).

Cajetani Argentii diſciplinam ſecutos pariter fuiſſe ſcimus, *Jo: Dominicum Albarellam*, & *Carolum Arvonium*. *Albarella* ſcriptis polluit, ejusque opera aliquot forenſia circumferuntur. *Arvonius* contra arduis quibusque negociis admotus, Viri prudentiſſimi nomen reliquit Reipublicae; filiis vero bene partas opes ad ſolidae virtutis incitamentum (2).

Thomas Mazzaccara Filium reliquit egregium, qui a paternis veſtigiis, atque a domeſtico exemplo ne latum quidem unguem receſſit: Is nimirum eſt *Joſephus Maria*

(1) *De* Jannuſio *vide Epigrammata* Pauli Mocciae *in Regio Neapolitano Ephebeo Eloquentiae Profeſſoris, quae extant in ejuſdem Epiſtolarum Volumine*: *Neap. anno* 1764. *ex typ.* Simon. *pag.* 88. & 89.

(2) *De* Arvonio *plura nobis retulit Vir bonis moribus, eloquentia, & ſagacitate Ordini Senatorio acceptiſſimus*, Carolus Rhò Confalonius *J. C.*, *qui ſub illius ductu ad Forum venit*.

ria Mazzaccara , Clariſſimus noſtri aevi cauſarum Patronus. Aliena laude non eget, qui non lumine alieno, ſed ſua virtute coruſcat.

Nicolai de Aſſlicto praeceptis, atque inſtitutioni plurimum ſe debuiſſe profitetur *Joſephus Cataneus* , Vir conſilio plenus, maturitate, prudentia, totque editis in Foro Commentariis ſpectatiſſimus.

Ferdinandi Camerotae curis plurimum debuit *Caeſar Boſcus* , qui in cauſis agendis non mediocri laude uſus eſt ; in Togata vero Militia nativo quodam praeſtitit ingenii acumine , ac pectoris firmitate (1) . *Boſcus* idem in Regii Conſiliarii munere ſocium pene adduxit *Ferdinandum Porcinarium* , ex Patricia Aquilana Gente editum . Vir temperans, juſtus, fortis, prudens, illos noluit imitari, qui in ſummo honorum culmine , ſupra hominem poſitos ſe eſſe rati , omnia in hominem ſibi licere putant, illuſtres cupiditatum ſervi; ſed jus ſuum cuique tribuere, pro conſer-

(1) Camerotae *Regii Conſiliarii prudentiſſimi Filius adhuc vivit* , Joſephus Camerota JC. : *De laudibus ejuſdem* Camerotae *conſule librum cui tit*: *Varj componimenti in morte del R.Conſ.D.Ferdinando Camerota:Firenze* 1728.

ſervanda Republica unice adniti, vivendi artem, prudentiam ob oculos habere conſuevit. Ejus doctrinae potius, quam patrimonii heredem habemus in *Hippolyto* Filio, nunc Regio Conſiliario graviſſimo, de quo latius alibi diſſeruimus (1).

Petrus Jannonius collegam habuit *Petrum Contegnam*, intimaque neceſſitudine ſibi devinxit:

Scilicet ingeniis ea eſt concordia junctis,
Et ſervat ſtudii foedera quiſque ſui.

Hic Vir magnus Hiſtoriae Eccleſiaſticae, ac rei Canonicae totus incubuit: In jure autem Publico eo praeſtitit ſubactiſſimi ingenii acumine, ut nemo illo melius ſciverit jura Principis noſcere, Imperii auctoritatem tueri, ſimulque Sacerdotii fines inviolatos cuſtodire: Primus itaque ſpartam hanc ornare coepit ſaeculo ab hiſce ſtudiis alieno, ac facem praetulit *Jannonio*, aliisque doctis Viris, qui eandem viam ingreſſi, accepta lumina facilius propagare potuerunt (2). *Job.*

(1) *In Epiſtola nempe ad eundem, quae eſt tertia inter Epiſtolas Latinas noſtras: Neap. 1768. typ.* Januarii Migliacj.

(2) Petri Contegna *extat Diſſertatio edita*

Joh. Antonius Caſtagnola, quem inter *Cajetani Argentii* auditores collocavimus, alumnum habuit, ſeu potius ſtudiorum collegam, Marchionem *Angelum de Cavalcantibus*, Patricium Conſentinum; qui acri ingenio, & conſuetudine cum magnis Viris comparata jamdudum eluxit; nunc autem Regio praeeſt Aerario Principe adprobante, privatisque plaudentibus. Non dira ambitio, non auri ſacra fames, non artes illae honeſto Viro indignae, quibus plerique ad honores obrepere contendunt, hujus animum antiqua virtute, ac fide plenum ſollicitarunt. Eidem *Caſtagnolae* adhaeſit *Januarius de Ferdinando*: Hic poſtquam rudes abjecit, quibus duce Viro cla- [illegible] riſ-

ta ſine anno, & ſine loco, quae in quatuor partes diſtributa eſt: Primam abſolvit volumine, cui titulus: Che l' Immunità de' beni delle Chieſe, e quella che godono i Cherici, e li beni loro dal peſo, che ſoſtengono gli altri Cittadini, abbia interamente origine dalle leggi degl' Imperadori Criſtiani, e degli altri Principi, che hanno fondato le Monarchie, che ſi veggono nel Criſtianeſimo &c. Scripſit pro Gravinenſium Duce, contra cenſuram ei inflictam &c.

ſervanda Republica unice adniti, vivendi artem, prudentiam ob oculos habere conſuevit. Ejus doctrinae potius, quam patrimonii heredem habemus in *Hippolyto* Filio, nunc Regio Conſiliario graviſſimo, de quo latius alibi diſſeruimus (1).

Petrus Jannonius collegam habuit *Petrum Contegnam*, intimaque neceſſitudine ſibi devinxit:

Scilicet ingeniis ea eſt concordia junctis,
Et ſervat ſtudii foedera quiſque ſui.

Hic Vir magnus Hiſtoriae Eccleſiaſticae, ac rei Canonicae totus incubuit: In jure autem Publico eo praeſtitit ſubactiſſimi ingenii acumine, ut nemo illo melius ſciverit jura Principis noſcere, Imperii auctoritatem tueri, ſimulque Sacerdotii fines inviolatos cuſtodire: Primus itaque ſpartam hanc ornare coepit ſaeculo ab hiſce ſtudiis alieno, ac facem praetulit *Jannonio*, aliiſque doctis Viris, qui eandem viam ingreſſi, accepta lumina facilius propagare potuerunt (2). *Job.*

---

(1) *In Epiſtola nempe ad eundem, quae eſt tertia inter Epiſtolas Latinas noſtras: Neap. 1768. typ.* Januarii Migliacj.

(2) Petri Contegna *extat Diſſertatio edita*

Joh. Antonius Caſtagnola, quem inter *Cajetani Argentii* auditores collocavimus, alumnum habuit, ſeu potius ſtudiorum collegam, Marchionem *Angelum de Cavalcantibus*, Patricium Conſentinum; qui acri ingenio, & conſuetudine cum magnis Viris comparata jamdudum eluxit; nunc autem Regio praeeſt Aerario Principe adprobante, privatisque plaudentibus. Non dira ambitio, non auri ſacra fames, non artes illae honeſto Viro indignae, quibus plerique ad honores obrepere contendunt, hujus animum antiqua virtute, ac fide plenum ſollicitarunt. Eidem *Caſtagnolae* adhaeſit *Januarius de Ferdinando*: Hic poſtquam rudes abjecit, quibus duce Viro clariſ-

ta ſine anno, & ſine loco, quae in quatuor partes diſtributa eſt: Primam abſolvit volumine, cui titulus: Che l' Immunità de' beni delle Chieſe, e quella che godono i Cherici, e li beni loro dal peſo, che ſoſtengono gli altri Cittadini, abbia interamente origine dalle leggi degl' Imperadori Criſtiani, e degli altri Principi, che hanno fondato le Monarchie, che ſi veggono nel Criſtianeſimo &c. Scripſit pro Gravinenſium Duce, contra cenſuram ei inflictam &c.

riſſimo *Dominico Gentili* batuere conſueverat, primum Canones docuit in Archigymnaſio Neapolitano; nunc vero inter VIIviros Regiae Camerae adlectus, gloriam ſuo parat nomini ſatis duraturam (1).

Vitalis de Vitale Reipublicae donavit Virum, qui unus inſtar omnium eſt, CAROLUM DE MARCO, nunc Utriusque Siciliae Regi a Juſtitiae, Clementiaeque Secretis. Hunc laudare nos vetant animi ſui demiſſio, ceteraeque virtutes, quae Hiſtorico, vel Oratore non egent. Tanto Viro Plinianum illud perbelle convenire putandum eſt: *Nihil eſt illo gravius, ſanctius, doctius . . . . Quam peritus ille eſt privati juris, & publici! Quantum rerum, quantum exemplorum, quantum antiquitatis tenet! Nihil eſt quod diſcere velis, quod ille docere non poſſit* (2).

An-

(1) *Alter* Caſtagnolae *Alumnus non eſt reticendus*, Dominicus Myrrha, *qui optimo diſciplinarum genere ornatus in Forum proceſſit; neque in cauſis orandis poſtremam laudem eſt adſecutus.*

(2) Plinius *lib. I. Epiſt.* 22.

Antonio Maſcario duce ad Forum venit *Dominicus Salomonius*, qui nuper e Siciliae Regno rediit, Regalis Camerae Sanctae Clarae Conſiliarius, atque Aulae Praefectus (1). Bonam mentem, qua nil optabilius, a natura ſortitus, improbo ſtudio, ac diuturna exercicitatione reddidit meliorem. Vir conſtans, propoſitique tenax, gravitatem praefert, manſuetudine, ſuavique oris habitu emollitam; animo numquam elato ſuae virtutis radios modeſte comprimit, nec ſolet umquam triſti ſupercilio adeuntibus, licet importunis iraſci.

Antonius Rinaldus, quamvis non provectiori aetate immortuus, ſeculo donavit ingens Jurisprudentiae miraculum. Ejus namque praeceptis imbutus, perſonuit in Foro *Carolus Franchius*, Patriciae Aquilanae Gentis immortale decus. Jureconſultum omni ex parte abſolutum, cui nulla defuerunt penitioris doctrinae adjumenta; quemque nihil a Graecis, atque Romanis ſcripto commiſſum latuit, Curia

N no-

(1) Salomonii *locum in Siciliae Regno nunc occupat Vir ſummus*, Theodatus Targianus; *de quo alibi ſcripſimus in Epiſtola ad eundem, quae eſt II. inter Epiſtolas latinas noſtras. Neap.* 1768. *typ.* Migliacj.

noſtra in eo vidit; optimique rerum aeſtimatores unanimi conſenſu primas ipſi detulerunt.

Dominici Caravitae Schola omnibus antecellere viſa eſt: ex ea namque praeter *Carolum Tuſium* (1), & *Andream Vigneſium*, robuſtioris eloquentiae fama celeberrimos, prodierunt *Julius Mazziottus*, *Nicolaus Picardius*, *Januarius Parrinus*, *Carolus*, & *Theophilus Maurus*, *Ludovicus Petronus*, aliique inter extinctos Jureconſulti: Inter eos vero, qui nunc luce fruuntur, primas tenent noſtri Senatus Columina, Marchio *Balthaſar Citus*, S.R.C. Praeſes, Vir doctrina, morumque lenitate Reipublicae carus (2): *Januarius Cariſſimus*,

(1) *De laudibus Viri praeſtantiſſimi, Marchionis* Cito, *vide hetruſcum Carmen, ſicca pumice expolitum* Caroli Pecchia, *venuſtiſſimi Poëtae Neapolitani, quod extat inter ejusdem varii argumenti Carmina in unum collecta, typisque donata anno* 1767.

(2) Carolus Tuſius *erudivit* Januarium Pallantium, *publici, privatique Juris ſcientiſſimum; qui aetate noſtra gravioribus Togae curis diſtrictus, publicam ſalutem, veluti ſummam legem putat eſſe ſervandam*. *Tan-*

mus, illuſtri Beneventana origine clarus, Utriuſque Siciliae Regi a Conſiliis, inque Oratoria palaeſtra donatus jam rude: ***Carolus Paulettus***, nunc aſſidens in Supremo Quinquevirum Senatu; qui ut ***Fabius*** alter, ſine cunctatione nullam prudentiam; nullum pondus ineſſe conſiliis putat, quae Reipublicae ſpectant utilitatem (1). Ille vero, qui *Caravitae* non elutam, ſed germanam praefert hereditariae virtutis imaginem, Tu es (nec fallimur) liberalis ingenii Vir, JOSEPH CARAVITA; quem honeſtas aluit, puriores litterae formarunt, omnesque animi dotes Ordini Equeſtri, Senatorio, atque amicis commendant.

Matthaeus Aegyptius erudivit *Vincentium* ***Boragginem***: qui nunc eminet in Suprema Magiſtratus Curia, Utriusque Siciliae Regi a Conſiliis. Hunc amarunt bonae Muſae, Minerva ſinu excepit ſuo, ingeniumque ad optima

Tanto Viro plurimum debet noſtra haec communis Patria; ejus proinde laudes magis elucent, cum ſilentio involvuntur.

(1) *Alter* Caravitae *Alumnus emicat*, *Eques* Gabriel Morola, *non obſcurus Orator, qui ad vehemens dicendi genus, hortante natura ſaepe aſſurgit.*

ſtudia , mores vero ad ſuavitatem compoſuit.

Ferdinandus de Ambroſio manuduxit *Joſephum Ciminum* , antiqui officii Virum , vetuſtaeque ſapientiae Cultorem eximium ; qui Regii Conſiliarii partes implet ea probitate , quam ſua religio , atque honeſtas animo inſpirant . .

Caeſar Boſcus inſtituendum ſuſcepit *Salvatorem Caruſium* ; cui bona ad virtutem indoles , immo conſtans , ac perpetua voluntas jus ſuum cuique tribuendi , locum detulerunt ſatis clarum in S. R. C. Neapolitano . *Boſcus* idem erudivit *Veſpaſianum Palamollam* , Utilem Torracae Dominum ; qui ſaepe ad noſtrae Urbis publica regimina admotus , non ſolum Viri conſultiſſimi nomen ſibi comparavit , verum & ſuae pietatis , inque Patriam benevolentiae diuturna reliquit monumenta . In totius Regni pauperum Hoſpitio promovendo, neminem latet , hunc Virum nullis laboribus pepercisſe (1) .

E *Fran-*

(1) *Hic vero non omittendus Vir ingenii ſubactiſſimi* , Johannes Aemilius Lancilottus , *qui* Boſco *ab intimis rerum gerendarum ſtudiis fuit* ; *quique Demoſthenis vim , dicendique robur Italico Foro primus aptare contendit.*

E *Franciſci Venturae* domeſtico amicorum Coetu prodierunt *Francus Dactylus*, & *Xaverius Donatus*, Viri cultiſſimi, quos ſuperioribus annis fato ereptos ſcimus; interque Togatos, qui adhuc vivunt, *Ferdinandus Geniſius*, & Marchio *Salvator Spiriteus*, ambo de Juriſprudentia, deque litteris optime meriti (1).

Joſephus Aurelius de Januario magnopere dilexit *Joh. Antonium Sergium*. De tanto Viro nihil addere opus eſt; apud omnes namque bonarum artium Cultores viget ſui nominis fama, immo & conſtantiſſime vigebit, donec ſua politiſſima ſcripta, a magnis Italiae Viris probata manebunt.

Non ineleganti Jureconſultorum congreſſu ſtipatus erat Marchio *Carolus Mauri*: *Horatius Guidottus*, nuperrime inter M. C. Judices cooptatus, ingenioque pollens: *Marcellus Ce-*

(1) *Hiſce adnumeremus oportet* Ferdinandum Dactylum *Patricium Conſentinum, ex antiqua Gente* Roberti Dactyli, *armorum gloria celeberrimi. Judex cauſarum capitis; atque Praefectus Conſulatui terrae; mariſque*, Venturae *Avunculo ſuo reſpondet doctrina, morumque innocentia*.

Celentanus, optimis artibus undecumque perpolitus , ac dulcis eloquii Cultor egregius; duoque Fratres conſultiſſimi , *Stephanus* , ac *Beliſarius de Bellis* , id abunde teſtantur.

E *Nicolai Fraggianni* palaeſtra , veluti ex ampliſſimo Lyceo, profectam vidimus Cohortem pene Virorum illuſtrium ; Eques *Franciſcus Vargas Maccucca* , Muſarum ille flos delibutus , id omne refert quod amiſimus *Fraggiannio* moriente . Vir ad miraculum uſque eruditus , recti Cuſtos , Fautorque litterarum , non ad honores obrepſit commendatione fumoſarum Imaginum ; ſed unius ope virtutis , quae cum inhaereat animo , veram , teſte *Seneca* , hominibus tribuit nobilitatem : *Stephanus Patritius* , Senator moribus , gravitate , doctrina ſuſpiciendus , *Fraggiannii* mentem adaequat verſatilem , atque expeditam (1) . Quibus accedit *Ferdinandus Leonius* , optimo diſciplinarum genere excultus , qui primum Campaniae Praefectus cum jure gladii , nunc

(1) *Qualis, quantuſque Vir ſit* Stephanus Patritius , *Opera ſua clare teſtantur* : Conſultationes Sacri , & Regii Juris , *quae nunc ſub prelo jacent* , *Foro Neapolitano decus addent immortale* .

nunc autem Regius Conſiliarius fuit a Principe aequiſſimo renunciatus (1). Sequuntur duo perfectiſſimi judicii capita, *Joſephus Carullus*, Magiſtratui Regiae Juriſdictionis a Secretis, atque *Dominicus Adinolphus*, quo candidiorem animam Terra non tulit, & cui me non devinctior alter. Scilicet hi omnes aeterna veluti ſimulacra haberi poſſunt ſolidae illius ſapientiae, quae *Fraggiannii* interitu non occubuit.

Haec ſunt monumenta, quae de Claris Alumnis colligere nobis datum eſt, Ampliſſime JOSEPH CARAVITA. Iiſdem fortaſſe accenſendi eſſent *Joſephus Capozutus*, *Carolus Ruoti*,

(1) Leonius *a prima juventute Muſis amicus, boniſque artibus imbutus, magnorum Virorum coluit amicitias; hinc Comiti* Carolo Firmiano *in deliciis fuit, dum hic in Urbe noſtra Caeſarei Oratoris munere fungeretur. Haec, & alia de* Ferdinando Leonio *in medium attulit Vir Cl.* Paulus Moccia, *in Regio Neapolitano Ephebeo Eloquentiae Profeſſor, in ſuo Epiſtolarum volumine: Neap. 1764. ex typ.* Simon. *Epiſt. nuncupatoria ad eundem, tunc Campaniae Praefectum, quam conſule.*

Digitized by Google

ti , *Joſephus Andreaſſi* (1) , *Mutius de Majo* , aliique non pauci , qui Togae dignitate , ac forenſi doctrina primas tenuerunt . Ad eoſdem pertinuiſſe putandum eſt , *Agnellum Majonum* , *Fortunatum Villanum* , *Dominicum Albanenſem* (2) , alioſque ſuperioribus annis de medio ſublatos . Sed haec monumenta nos adhuc latent , quamvis ſaepe noſtras meruerint curas ; idcirco ea dedimus , quae potuimus , in re vaſtiſſima ordinem ſervantes, quoad licuit , faciliorem . Haec vero ſint ſatis de tranſacti ſaeculi , deque noſtri temporis Jureconſultorum Hiſtoria ; cujus amplitudini prope nihil deeſſe putamus , niſi eorum facta , qui extra laudatas illuſtrium Virorum ſcholas vagantur . Haec vero praeterire juvabit, quae

(1) *De* Andreaſſo , *deque Senatoria ejus Gente conſule Elogium conſcriptum a Viro Cl.* Joſepho Carullo, *editumque Neap. anno* 1757. *curante* Franciſco Cicconio *J. C. eloquentiſſimo.*

(2) Albanenſis *paucis ab hinc annis concinnavit Promptuarium univerſorum* Jacobi Cujacii *Operum* , *quod conſule una cum Epiſtola* Nicolai Picinni *J. C. ad* Albanenſem *data* ; *qua judicium de Promptuario* , *deque ejus Auctore profertur* .

quae doſto poſterorum ſtylo ornanda relinquimus. Illos enim, quorum numquam praeſentia fama minuta eſt, majores, uti de ignotis ſemper uſuvenire ſolet, opinione ſua effingunt homines (1). Neque id officere poſſe putandum eſt eorum gloriae, & ornamento, quibus noſtra nunc aetas merito ſuperbit. Bene parta namque honeſtis laboribus fama creſcet occulto velut arbor aevo; nullumque a ſilentio noſtro capiet detrimentum; eo magis quod immortalitatem nomini alieno quaerere neſcimus, dum noſtro arceſſere nequicquam ſperamus.

Ex hiſce omnibus, Clariſſime JOSEPH CARAVITA, quae uſque adhuc expoſuimus, liquet, Civitatem noſtram optimis Diſciplinis, ac praeſertim ſtudio legum ceteris praeſtitiſſe. Numquam Neapolitano Foro vides defuiſſe miranda ingenia, quae univerſae Europae in controverſiis dirimendis, inque Jure dicundo facem praetulerunt. Sciat propterea noſtra legum cupida juventus, ortum, atque progreſſum bonae Juriſprudentiae ab Italis profluxiſſe; inter Italos ejuſdem majus incrementum Neapolitanis deberi. Sciat inſuper, hanc eru-

di-

(1) *Vide* Pallavicinum *Lib.* del Bene *Cap. II.*

ditae Juriſprudentiae lucem , in qua aetate noſtra verſamur , a Summis Viris demanaſſe , qui ante nos fuerunt , quorumque nomina brevi nos Commentario in unum redigere conati ſumus . Neque id temere affirmamus , quin merita laus reddatur illis , qui trans maria, & Alpes degunt , quorum immortalia ſcripta Naturalis , Civilisque Juris principia illuſtraſſe in comperto eſt . Neminem latet , quantum Angli , Germani , Galli , Batavique de hiſce ſtudiis meriti ſint ; nos tamen laetari debemus , Urbem hanc noſtram a Graecae Majeſtatis originibus numquam degeneraſſe ; ac magna litterarum Columina ſub temperatiſſimo hoc Coeli tractu ſemper viguiſſe . Id vero acceptum referamus oportet Principum curae, & providentiae , qui litteras adamarunt , ampliſſimaque praemia doctis in Foro Viris jure merito propoſuerunt . Quantus hinc decor Neapolitanae acceſſerit Juriſprudentiae , florentiſſima , quae nunc agitur , aetas non diffitebitur. Sub REGE virtutis amico , litterarum Praeſidio , publicaeque felicitatis Conſervatore , ſacra legum ſtudia novis honoribus aucta , magisque conſtabilita eſſe gratulamur , juvante conſilio Summi rerum ADMINISTRI , Optimique ingeniorum Aeſtimatoris .

Hoc

Hoc gratae laudis praemium virtus meretur; hoc petit communis Patriae decus; hoc poſtulant domeſtici Lares, hoc Cives noſtri efflagitant, quorum ſacros cineres deoſculari debemus, quippe qui tot pulcherrima exempla nobis reliquerunt. Amore Patriae ſcripſimus, non turpis lucri, vel aurae popularis captandae gratia; nec umquam navatae levis operae nos poenitebit, ſi eadem Patria noſtrum hoc juvenile auſum aequi bonique conſulet.

Si vero Tibi, Vir Humaniſſime, placebit; hoc erit noſtri laboris non vulgare pretium, hoc diuturnum erit pignus noſtrae ſingularis erga Te obſervantiae. Haec hactenus Tibi ſiſtere potuimus; poſthac alia, & graviora dabimus, ſi adverſa valetudo, atque immitis fortuna jactare nos deſinent.

FINIS.

ditae Juriſprudentiae lucem , in qua aetate noſtra verſamur , a Summis Viris demanaſſe , qui ante nos fuerunt , quorumque nomina brevi nos Commentario in unum redigere conati ſumus . Neque id temere affirmamus , quin merita laus reddatur illis , qui trans maria, & Alpes degunt , quorum immortalia ſcripta Naturalis , Civilisque Juris principia illuſtraſſe in comperto eſt . Neminem latet , quantum Angli , Germani , Galli , Batavique de hiſce ſtudiis meriti ſint ; nos tamen laetari debemus , Urbem hanc noſtram a Graecae Majeſtatis originibus numquam degeneraſſe ; ac magna litterarum Columina ſub temperatiſſimo hoc Coeli tractu ſemper viguiſſe . Id vero acceptum referamus oportet Principum curae, & providentiae , qui litteras adamarunt , ampliſſimaque praemia doctis in Foro Viris jure merito propoſuerunt . Quantus hinc decor Neapolitanae acceſſerit Juriſprudentiae , florentiſſima , quae nunc agitur , aetas non diffitebitur. Sub REGE virtutis amico , litterarum Praeſidio , publicaeque felicitatis Conſervatore , ſacra legum ſtudia novis honoribus aucta , magisque conſtabilita eſſe gratulamur , juvante conſilio Summi rerum ADMINISTRI , Optimique ingeniorum Aeſtimatoris .

Hoc

Hoc gratae laudis praemium virtus meretur; hoc petit communis Patriae decus; hoc poſtulant domeſtici Lares; hoc Cives noſtri efflagitant, quorum ſacros cineres deoſculari debemus, quippe qui tot pulcherrima exempla nobis reliquerunt. Amore Patriae ſcripſimus, non turpis lucri, vel aurae popularis captandae gratia; nec umquam navatae levis operae nos poenitebit, ſi eadem Patria noſtrum hoc juvenile auſum aequi bonique conſulet.

Si vero Tibi, Vir Humaniſſime, placebit; hoc erit noſtri laboris non vulgare pretium, hoc diuturnum erit pignus noſtrae ſingularis erga Te obſervantiae. Haec hactenus Tibi ſiſtere potuimus; poſthac alia, & graviora dabimus, ſi adverſa valetudo, atque immitis fortuna jactare nos deſinent.

FINIS.

ERRATA	CORRIGE
Pag. 5. verſ.1. At	Ad
pag. 8.in not.*demonſtravit*	*demonſtrarunt*
pag.22.in not.*Hendecoſillabos*	*Hendecaſyllabos*
pag.25.v.4. quantunque	quantumque
pag.25. v.7. ſtndet	ſtudet
pag.26.in not. *Montis*	*Monitis*
pag.27.v.8. Andreas	Andreys
pag.29.v.4. midiocri	mediocri
pag.39.in not. *in duas*	*in duos*
pag.60.v.4. Univrſae	univerſae

92613

ERRATA	CORRIGE
Pag. 5. verſ.1. At	Ad
pag. 8.in not.*demonſtravit*	*demonſtrarunt*
pag.22.in not.*Hendecoſillabos*	*Hendecaſyllabos*
pag.25.v.4. quantunque	quantumque
pag.25. v.7. ſtndet	ſtudet
pag.26.in not. *Montis*	*Monitis*
pag.27.v.8. Andreas	Andreys
pag.29.v.4. midiocri	mediocri
pag.39.in not. *in duas*	*in duos*
pag.60.v.4. Univrſae	univerſae

192613

Digitized by Google

ERRATA	CORRIGE
Pag. 5. verſ.1. At	Ad
pag. 8.in not.*demonſtravit*	*demonſtrarunt*
pag.22.in not.*Hendecoſillabos*	*Hendecaſyllabos*
pag.25.v.4. quantunque	quantumque
pag.25. v.7. ſtndet	ſtudet
pag.26.in not. *Montis*	*Monitis*
pag.27.v.8. Andreas	Andreys
pag.29.v.4. midiocri	mediocri
pag.39.in not. *in duas*	*in duos*
pag.60.v.4. Univrſae	univerſae

92613

Digitized by Google

ERRATA	CORRIGE
Pag. 5. verſ.1. At	**Ad**
pag. 8.in not.*demonſtravit*	*demonſtrarunt*
pag.22.in not.*Hendecoſillabos*	*Hendecaſyllabos*
pag.25.v.4. quantunque	quantumque
pag.25. v.7. ſtndet	ſtudet
pag.25.in not. *Montis*	*Monitis*
pag.27.v.8. Andreas	Andreys
pag.29.v.4. midiocri	mediocri
pag.39.in not. *in duas*	*in duos*
pag.69.v.4. Univrſae	univerſae

92613

Digitized by Google